De Geniis, ſeu de Angelis ac Dæmonibus, *Vide* Salomon.
Gennadius Patriarcha CP. de Angelorum creatione, 62.
Georgius Taraſii Patriarchæ CP. Syncellus, ſeu Syngelus, ac Chronographus, 95. 92. 94. 105. 107. 109. 121. 552. 153. 190.
S. Germanus Patriarcha CP. 61. 217. in oratione de obdormitione Dei Genitricis Mariæ, 180.
S. Gregorius Nazianzenus Epiſcopus, 3. 52. 62. 65. ex Poemate de Anima, 72. 73. 77. 83. 86. 87. 93. 100. 161. 171. 196. 598. 209. 218.
S. Gregorius Nyſſenus Epiſcopus Baſilii frater, 2. 8. 22. 63. 64. 69. 72. 76. 78. 84. 516. 125. 171.
S. Gregorius Romanus Papa, 585. 218.
Gregorius II. Papa, 217.

H

Hadrianus Imp. 186.
Heraclitus Philoſophus, 57. 90. 156.
Hermes Triſmegiſtus, 22. 88. in epiſtola ad Ammonem Sapientem.
Herodotus Hiſtoricus, 156.
Hippocrates Medicorum princeps, 39. 156.
Hippolytus, forte Martyr, de die ſub Ezechia, 150. de S. Joanne Apoſtolo. 185.
Hippolytus Thebanus, Hiſtoricus, diverſus a Martyre, de S. Stephani mortis tempore, 576.
Homerus Poetarum princeps, 6. 542. 551.

I

Jamblichus Philoſophus, de Geniis ſive Angelis, 83.
Jeremias Propheta, 584.
Jeſus Sirachides, 557.
Iooooeotii I. Papæ ad Arcadium litteræ, 200. 201.

S. Joannes Apoſtolus & Evangeliſta paſſim.
Joannes Aſtronomus, 232.
S. Joannes Chryſoſtomus Archiep. CP. paſſim, 3. 6. 7. 9. 14. 23. 30. 55. 52. 53. 54. 56. 60. 61. 62. 63. 64. 87. 68. 69. in oratione de Adami exilio, 71. 72. 73. 79. 81. 84. 85. 89. 91. 93. 94. 95. 97. 102. 105. 121. 146. 162. 164. 165. 166. 168. 169. 170. 172. 174. 175. 177. 182. 199. 200. 219. de vinculo Excommunicationis Eccleſiaſticæ.
S. Joannes Climacus ſive Auctor Scalæ, 87.
S. Joannes Damaſcenus, Monachus, paſſim, 7. 55. 54. 18. 25. 50. 55. 55. 61. 62. 63. 64. 73. 76. 77. 78. 80. 82. 83. 86. 161. 162. 171.
Joannes Scylitzes, ſeu Curopalates, Hiſtoricus, 190. 221. 227. 228. 229.
Joannes Zonaras, Hiſtoricus, 209. 221. 227. 231.
Joannes Xiphilinus, Patriarcha Conſtantinopolitanus, 252.
Jobus Patriarcha, 213. 114.
Joſephi Patriarchæ precatio, liber apocryphus, 185.
Joſephus Judæus, Hiſtoricus, 9. 35. 79. 92. 94. 96. 98. 201. 103. 208. 255. 113. 214. 116. 120. 122. 126. 127. 235. 236. 137. 239. 145. 142. 243. 244. 246. 249. 253. 277. 281. 184.
Iſidorus Peluſiota, S. Chryſoſtomi Diſcipulus, 76. 273. 299.
Julianus Halicarnaſſeus Hæreticus, 189.
Julianus Imperator Apoſtata dictus ὁ παράφρων, 95. 99. 143. 154. 193. 195. 196.
Julius Cæſar Dictator, 157.
Juſtinianus Magnus Imperator, 205. 210.
Juſtinus Philoſophus & Martyr, 3. 11. 15. 186.
Juvenalis Hieroſolymorum Antiſtes, de ſepultura B. Virginis, 280.

L

S. Leo Romanus Pontifex, 209.
Leo Sapiens ſeu Philoſophus Imperator, 229. 230. 231. 232.
Leo vir doctus, Archiepiſcopus Theſſalonicenſis, 225. 226.
Libanus Sophiſta Antiochenus, 199.
Libri ſacri, Salomonis, Apocryphi. *Vide* Eſdras, Geneſis, Joſephus, Salomon.
Liber de S. Baſilii Miraculis *Amphilochio* tribui ſolitus, 196.
S. Lucas Evangeliſta, 183. 217.

M

S. Macarius Abbas in ſuis epiſtolis, 85. 197.
Manes Hæreticus, 64. 86. 289.
Marcus Antoninus Imperator 187.
S. Marcus Evangeliſta, 267.
Marcus Oeconomus & Monachus, qui perfecit Tetraodion Coſmæ, 235. in Notis.
S. Matthæus Apoſtolus & Evangeliſta, 220.
S. Maximus Monachus & Confeſſor, 4. 57. 54. 55. 74. 85. 150. in iis quæ ad Thalaſſium perſcripſit.
Metaphraſtes. *Vide* Simeon.
Methodius Patriarcha Conſtantinopolitanus, 224.
Michaelus Parapinacius Imp. Poeta ineptus. 255.
Michael Pſellus ὁ ὑπατος τῶ ὄντι, 132. 248. 254.
Michael Cerularius, Patriarcha Conſtantinopolitanus, 247.
Moſes Hebræorum Legislator, paſſim uſque ad pagg. 101. 224. 263.

N

Nazianzenus. *Vide* Gregorius.
Nectarius Patriarcha CP. 298.
Neſtorius e Germanicea Syriæ Patriarcha CP. Hæreticus, 189. 201. 209.
Nemeſius Emeſenus Antiſtes, Philoſophus, de ligno ſcientiæ boni & mali, aliiſque, 50. 79. 82.
Nicander Colophonius, Poeta Græcus, de ſerpentibus, 44.
Nicephorus Patriarcha Conſtantinopolitanus ὁ ὁ Πατριάρχας αἰδέσιμος, de Angelis preces noſtras offerentibus, 206. 289. 222.
Nyſſenus. *Vide* Gregorius.

O

Origenes Adamantius, Presbyter Alexandrinus, quem καινόφωνον, καὶ ματαιόφρονα appellat, 85. 126. 187. 188. 210.

P

Parva Geneſis. *Vide* Geneſis.
Patricius Pruſenſis Antiſtes, ex oratione de S. Pionio, 13. quid referat de Thermis.
S. Paulus Apoſtolus ſæpe citatur, 105. 164. 165. 175. 176. 177. 182. 183. 185.
Paulus Samoſatenſis hæreticus, 189. 215.
Paulus Sinopenſis, de canum rabie, 49.
S. Petrus Apoſtolorum princeps, 96. 182.
Petrus ad Fauſtum ſcribens de ſidere natalitio, 23. 188.
Philo Judæus, 181.
Philonis Philoſophi Eccleſiaſtica Hiſtoria de vi anathematum. 218.
Philolaus Philoſophus Pythagoricus, 16.
Photius Patriarcha Conſtantinopolitanus, 226. 230.
Plato Philoſophus, 4. 156.
Plotinus Platonis ſectator, 54.
Plutarchus Chæronenſis Philoſophus, 45. 101.
Porphyrius Philoſophus Platonicus, 83.
Precatio Joſeph, προσευχὴ τῦ Ἰωσὴφ, liber apocryphus, 185.
Proclus Patriarcha Conſtantinopolitanus, 201.
Procopius Cæſarienſis Hiſtoricus, 209.
Pſellus. *Vide* Michael.
Ptolemæus Alexandrinus Aſtrologus, 103.
Pyron, ſeu Pyrrhon, ſcriptor Annalium, ſcripſit Adamum poſt xl. dies Paradiſum ingreſſum, 63. 64.
Pythagoras Philoſophus, 156.

R

Rufus Medicus ſcriptor de hydrophobiæ cauſa, 49.

S

Sabellius Hæreticus, 188.
Salomonis Regis Judæorum libri de Angelis & Dæmonibus, de Gemmis, &c. 141. 142. 143.
Scylitzes. *Vide* Joannes Scylitzes.
Serapio ſeu Sarapion Mathematicus, 188.
Sethus converſionis anni, & rerum aliarum inventor, 94.
Severianus Gabalorum Epiſcopus, 52.
Severus, an Acephalus Hæreticus? 62. 210.
Simeon, ſeu Symeon, Metaphraſtes, 190.
Sophocles Poeta, 156.
Symmachus, 187.

T

Tertullianus ſcriptor Latinus, ἀνὴρ ὁ ἐπὶ Ῥώμης λαμπρῶν, 282.
Theodoretus Cyrenſis Epiſcopus, 11. 15. 52. 62. in Therapeutica, 82. 102. 136. 139. 140. 144. 146. 149. 153. 163. 178. 202. 203. 209.
Theodorus Mopſueſtenus Epiſcopus, 189.
Theophanes Confeſſor, Chronographus, Georgii Syncelli Continuator, 190. 222. 199. 200.
Theophilus Alexandrinus Patriarcha, 162.
Theophylactus Bulgarorum Archiepiſcopus, 256.
Thucydides Hiſtoricus, 209.
Timotheus Patriarcha Alexandrinus.

V

Valens Aſtronomus ἀκριβέστατος ἀστρονόμων, 192.
Valentinus Hæreſiarcha, 86. 110.

X

Xenophanes Philoſophus, 16.
Xiphilinus. *Vide* Joannes.

Z

Zonaras. *Vide* Joannes.
Zoroaſtres Perſarum Rex ſeu Aſtrologus, 100.

MICHAELIS GLYCÆ
DISPUTATIO PRIMA.

Utrum in peccatum lapſis condeſcendendum, an prout ratio poſtulat, increpandi ſint.

AD JOANNEM SINAITEN, MONACHUM ET STYLITAM MAXIMÆ VENERANDUM.

Ne quid ex iis, quæ hactenus prodierunt noſtri Michaelis Glycæ Operibus merito deſiderari poſſit, operæpretium duxi geminam ejuſdem Diſputationem adjexere, Latine dumtaxat, ex interpretatione R. P. Jacobi Pontani Societatis noſtræ Scriptoris doctiſſimi: eam maxime ob rem, quod quæ prolixior ex iis eſt ſecunda, idem argumentum verſet, quod in Annalibus, pag. 67. & ſequentibus non indiligenter tractatum inveniet.

HOc etiam a veteribus conſignatum eſt literis, o ſæcum divinumque caput, avem noctuam, deformiſſimam animal, aquilæ eximiam quippiam, & admirabile videri: quam ut natura ſuſpiciendam honorabanda proſequutæ & obſtupeſcat: cum tamen aliud nihil ſit, niſi rurpis, & vulgo deſpicabilis noctua. Nolim mihi occurras, narrationem hanc fallam, atque ad voluptatem audientium jam olim excogitatam eſſe fabulam: ex nobis enim ipſis, ſi alia argumenta deſint, firmitatem probabilitatemque ſumit. Nam ecce altivolans tu, & ſublimis, qui inſtar aquilæ aerem trauas: qui pennis ſub intelligentiam caderuibus ad æthera labvolas: qui ad occurſum corporis de cælo quondam venturi paratus & expeditus es; me plurimi facis, & magnopere admiraris; nec ſecus atque amabile aliquid ubique circumfers, malorumque aures nonnullorum de me commemorationibus, ceu magico carmine detines atque demulces. Ac tua quidem de me talis eſt opinio. Ego vero plane nihil præterquam noctua ſum, intus deformis undiquaque, & ad ipſam hoc diei lumen cæcutiens. Quamobrem & nunc ad opera lucis invitaras tergiverſor, & negotium ſupraque vires meas refugio. Quare noli amore noſtri victus excellentes arbitrari, qui mihi ſumas: nec velis ad divinos ſenſus pertractandos compellere, quorum & vita impura, & lingua ſimiliter ad res iſtiuſmodi explicandas imperita invenitur. Haud enim eo ſolitudinis progrediemur, ut & qui ſimus, & quo malorum peccando devenerimus, ſunditus neſciamus. Equidem metuo, ne adverſum nos propheticum illud proferatur. *Quare tu enarras juſtitias meas, & aſſumis teſtamentum meum per os tuum?* Itaque præſtaret nos laudationes ſcribere, adeo libere, & abſolute nihil recuſare, & inconſulto viribus ſuperiora ſuſcipere. Verum enimvero, ne juſſa tua aſpernantes, inobedientiæ culpam commercamur, ea confiſi ſanctitate tua, audemus aggredi, ad quæ pertingere nequimus, & ar poſſumus, quæſita tua diſſolvimus. Proiode hinc aures mihi da.

Matth. 24.

Pſalm. 49.

In peccatis ſe voluntibus, vir ſanctiſſime, ut in ſtupris, et in adulteriis, protinus condeſcendere non eſſe fas: ſed tales potius illa reprehenſionibus conſectandos, quibus animæ vulnera ſanari conſueverunt, ſacra Scriptura ſatis ſuperque demonſtravit: & nihilominus iidem corporum Medici evidenti documento oſtendunt. Vides enim illos ſecare aliquando, cum neceſſitas ſectionem flagitat. Præterea uſtiones, & amara medicamenta adhibent; valetudinem ſæpe deſperant, & ægrotis mortem augurantur. Cur tandem? ut eos in tuenda ſanitate in poſterum cautiores efficiant, & ira nihil eis ignorantibus inopinum officiat. Quod ſi eos in victu nullum ſervare ordinem, & promiſcue quoidelibet edere, aut bibere viderint, quid opus eſt verbis? ab iis viſendis abſtinent, ut qui ad ſuos ipſorum usus vivant, & auxilia medica uſurpare negligant. Ideo autem ſe ab illis removent, ne ipſa fabe ignominiæ inquinari, quaſi artem male dedicerint, & inde nomen eorum in contemptu ponatur. Quo circa ſi quis etiam ad nos acceſſerit, difficili morbo impeditus, & eos quamquam tempore parum opportuno medicamentum ſibi componere urgeat, non ſolum precibus ejus benevole non annuunt: verum etiam ut amentem repellunt. Etſi enim nonnunquam indulgent ægrotanti, eumque conſolatione deliniunt, non tamen eo uſque id faciunt, ut propter intempeſtivam ejus petitionem homicidæ audire velint. Salutarem porro medicinam peſtiferam poſſe reddi, ſi aliena temporе fiat, ſapiens ille docuit his verbis: *ἄκαιρος ἰὼ μὴ ἰήσιμος πόνου λύσις· ὃν δὲ πόνον ἔπαυσε θάνατος, ἀντιπροσῆλθε τῇ σωτηρίᾳ νόσημα, τῇ νόσῳ θάνατον ἀπῆλθε.* Jam ſi talis ac tanta deligantia a corporum medicis præſtatur (neque enim unquam indulgent ægrotis, ubi manifeſtum periculum cernunt) multo magis morborum ad animam pertinentium medici & curam præcipuam ſuſcipient, & ſecundam leges ſpiritue male habentium diætam moderabuntur. Sic igitur corporeis affectibus medentes, & ſentiunt & faciunt omnia ex medicinæ præceptis, idque ut corpus, quod multis partibus anima eſt inferius, ad ſanitatem ſuo labore perducant.

Curator autem, & Salvator noſter JESUS CHRISTOS præclarius offendit, num volentibus humanis condeſcendere oporteat, necne. Dixit enim: *Niſi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis ejus ſanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Tam vero *multi diſcipulorum ejus abibant retro, nec amplius ambulabant cum eo, dicentes, durus eſt hic ſermo, & quis poteſt illum audire?* Atque illi quidem hoc modo. Quid ad hæc Salvator noſter? neque mollius quidpiam locutus eſt; & ſe deſerentes nihil curavit penitus: ſed eos abire ſinit, ut divinus Joannes ait. Hoc autem fecit utique,

Joan. 6.

non quod eos ſelutem adipiſci nollet : verum quod cum tali medicina indigerent, nec ſibi-met-ipſis adhibere regentes, curationem ægre ſuſtinent, alterum e duobus in his faciendum; ut vel pedetentim emendentur, vel omnino deſerantur. Nam ſuper populo incredulo, & contradicente, Iſid. eſp. ut ais Magnus Baſilius, illud dicendum ; ſervens ſerve animam tuam.

Moleſte quidem apparet hæc oratio, & dura, & ſevera : at non omnibus prorſus : verum illis magis, qui ſecundum Chriſtum nolant vivere, ita dicentem, *Jugum meum ſuave* Matth. 11. *eſt, & onus meum leve*. Si ergo levia ſunt Servatoris noſtri mandata, quid faciemus nos, qui ea per noſtram ſegniriem gravia, & odioſa reddimus? nec iſtuc ſaltem cogitare poſſumus, nos medicis corporum uſquam repugnare. Quin doloribus nos ipſos ſubjicimus, & amaras potiones patienter haurimus, & cauterium in cervicibus perferimus, & alia hujus generis; propter curationem corporis multa toleremus: ſpirituali vero medico noſtro neutiquam ſubdi volemus, omnibus modis res ejus curioſe perſcrutantes ; dicitentes eum pœnis infligendis rigidum; rurſum, in congreſſibus arrogantem, & inſolentem eſſe; non videntes, ſecundum ulceta quibus laboramus, emplaſtra quoque nobis imponenda. Scio enim aliquando utile eſſe condeſcendere, hoc, inquam, nos quoque confitemur. Verumtamen non in ſingulis, & per omnia utile eſt, quoniam nec ejuſdem habitus ſunt omnes. Nam qui promptus eſt & cedere aliquando, & referre pedem, quando id tempus poſtulat, huic plane coeducit condeſcenſio: talem quippe trahit amplius, & facile jugo ſpiritus ſubjicit. Aſt pro ſua libidine viventi, & retrogredi minime volenti, & pharmaca penitus averſanti, ei condeſcenſio meltum incommodat. Facit enim amplius tranſverſum agi, & labi. Ob hoc enim Dominus nunc dixit : Matth. 16. *Ut autem non ſcandalizemur eos, accipe hamum, & vade in mare*: nunc autem ſcandalum ſiccb pendens, inquit, *plantatio quam non plantavit* Matth. 15. *pater meus cœleſtis, eradicabitur*. Demonſtravit namque hinc, & prodeſſe, & non prodeſſe frequenter condeſcenſionem. Quare & eos qui immerito in eo offendebantur parvi faciens, aiebat, *plantatio quam non plantavit pater meus, eradicabitur*.

His de cauſſis cauto agendum eſt. Si enim medicus corporalis non conſuevit tractare morbum ullo quocunque modo; ſed rarum ex decretis medicorem, quemvis interdum ægrotus insaſcatur, quanto magis ſpiritualem medicum humanis cupiditatibus condeſcendere non oportet, ſiquidem de ejus manibus imprimis eorum ſanguis requiretur, qui ex negligentis illius in perniciem animæ incurrerint? Aut igitur, ut noſti, medere : aut linguam contine omnino ; præſertim ſi ægroti medicamenta indignantur. Tunc enim non de tuis, ſed de ipſorummet membris eorum ſanguis requiretur. Audi quid Ezech. 33. per Ezechielem dicat Deus. *Si ſpeculator viderit tubam, & ſignificaverit populo, & audierit audiens vocem tubæ, & non ſe obſervaverit : & venerit gladius, & comprehenderit eum, ſanguis ejus in capite ejus erit ; quia vocem tubæ audivit, & non ſe cuſtodivit*. Hæc ex paucis multis, plura enim per angustias temporis non licuit.

S. Chry. in.

EJUS-

DISPUTATIO SECUNDA.

EJUSDEM DISPUTATIO SECUNDA.

Utrum audiendi ſint docentes, hominem a principio caducum corpus habuiſſe: & paſſionibus, ſive incommodis naturalibus etiam ante tranſgreſſionem obnoxium fuiſſe: cibumque ſenſibilem in paradiſo adhibuiſſe: & lignum ſcientiæ, ficum extitiſſe.

AD VENERABILEM IMPRIMIS MONACHUM *Dominum* JOANNEM SMENIOTAM.

PRIMUM quidem hominem illum ab interitu & corruptione initio liberum, poſt prolapſionem la peccatum, morte damnatum eſſa, ante alios ſapiens Salomon docuit, lo libro Sapientiæ ſuæ, ad verbum ita loquens. *Deus mortem non fecit: ſed in corruptione creavit hominem, & imaginem proprie æternitatis ſuæ fecit illum. Invidia autem diaboli mors intravit in orbem terrarum.* Si igitur Deus hominem in incorruptione condidit, ad ſimilitudinem æternitatis ſuæ, quonam tandem modo corruptioni & mortalitati ſubjectum aſſeremus, idque cum Deus, ut audiſti, mortem ab initio non fecerit? Nam ſi dicimus, corpus illud Adami corruptioni aliquo modo obnoxium fuiſſe, nihil aliud dicimus, quam corruptionem ac mortem tunc a Deo dominatum in nos babuiſſe. Atqui aliter, aliter, inquam, res eſt: quoniam, ut jam dicebamus, DEUS mortem non fecit. Quocirca de hoc dubitare nefas. Eteniim ſi, quemadmodum illi volunt, etiam ante prævaricationem Adam primus homo mortalis erat, quid illi poſtea irrogatum mortis ſupplicium? quid pelliceam indutus eſt tunicam, ſiquidem a primordio eum Deus mortalem procreaverat? cur etiam ſolia ficus conſuit, & Deum latere conatus eſt, ſi non divinitatis adipiſcendæ ſpe illectus, primam ſtolam perdidit, & pro immortali mortalis repente evaſit?

Cap. 2. 24. * Legit alii *Servatur, pro Reſtituetur.*

Genes. 3.

Accipe quod in rebus divinis egregie verſatus Joannes Damaſcenus ſuper hoc alicubi ſcriptum reliquit. Principio nequiſſimus ille (diabolus) ſpem conſequendæ divinitatis Adamo injecit, atque ita eum ad conditionem morieodi, more animantium brutorum, dejecit. Doceant igitur iſti, ubi prius cum eſſet, & unde ipſum ad interitum cum beſtiis communem dejecerit. An a ſublimitate immortalitatis utique, qua aote mandatum abs ſe violatum præditus erat? Per inobedientiam igitur, generis noſtri auctor ad corruptionem & neceſſitatem ſubeundæ mortis redactus: per inobedientiam ad induendam pelliceam illam tunicam damnatus eſt: pes inobedientiam calamitoſa hæc, & variis expoſita incommodis vita introivit. Ait enim, *quia hoc feciſti, ſpinas & tribulos terra parit tibi.* Quid multa? ſi primitus Adam ita fuiſſet conditus, ut mori poſſet, non eum peccato jam irretitum morte condemnaſſet Deus. Qui enim condemnaſſet? nam vel citra condemnationem mors mortales naturaliter ſequi conſueviſ. Quamobrem nihil tibi cum illis ſit; præſertim quando Carthagine congregata Synodus quæ dicta ſunt confirmat; cujus illa verba canone centeſimo nono ſequuntur: *Si quis dicit, Adamum mortalem a Deo formatum, & non poſt peccatum corruptioni factum obnoxium, anathema ſit.*

Sic etiam, vir ſanctiſſime, quotquot Adamum medium inter immortalitatem & mortalitatem conſtituunt, procul a vera ratione diſcedunt. Quapropter tibi dubitandum non eſt. Etenim ſi Deus, cum produceret hominem, tunc illi dixiſſet, quo die comederitis de arbore, morte moriemini, attuliſſent iſti aliquid, quia principio mortalem eum ſimul & immortalem fuiſſe opinantur. Quia vero multo poſt ejus creationem mandatum dedit, unde & mors occaſionem contra nos nacta eſt (ait enim, *ſi comederitis, morte moriemini*) curioſius indagare primi hominis conditionem prorſus non decebat eos, qui ſacram Scripturam interim legunt & perſcrutantur: cum hinc perfecte ſcirent, quali natura eſſet conditus, qui ſecundum imagioem Dei ſcilicet factus eſſet. Patet enim, Deum manuum ſuarum figmentum honorare voleotem, a primordiis ſtatim, atque ab ipſo principio illud incorruptionis munere condecoraſſe. Atque hinc univerſus ſanctorum chorus adſtipulatur; oec tu fidem dictis non adhibe. Quoniam namque Deus hominem omoium terreoorum principem conſtituere voluit, ob id (ut auream orationem fundens Joaoes inquit) animæ eſſentiam illi largitus eſt, hinc ipſum etiam jugiter immortalem eſſe volens. Nam ſi hoc non fuiſſet, ſi animum mentis compotem a Deo Adamus non accepiſſet, nihil erat futurus, juxta divinitſſimum Joannem: ut pote formatus de pulvere, unde alimrum beſtiæ quoque procreatæ ſunt.

Iotellige igitur, o ſacrum caput, ex multa bonitate Dei talibus munerantis incorruptionem tunc Adamo, quem primum finxit, imperitam eſſe, & gratiam ſtatim in ipſo perfectam ſimul, & omnibus numeris conſummatam penitus fuiſſe. Alioqui non illi facer paradiſus ad habitandum contigiſſet: non ei honoris ergo in omnia terrena impeſium datum eſſet: non illi tunc immortalitatis amplitudo, ſecundum imaginem æternitatis Dei collata fuiſſet. Verum hæc quidem a principio ipſo ex gratia Adamo a Deo conceſſa ſunt, ut diximus. Divina autem vox illa, ne comederet de ligno ſcientiæ, ne morte moreretur, multo poſt creationem iſtanc ei legem impoſuit, ut ſupra meminimus. Impoſuit autem iis de cauſis,

quas novit Ille, *qui novit omnia, etiam antequam fiant*. Quamobrem sine illos: noli ta quoque sermone impietatem simul auferri. Creavit enim Deus hominem in incorruptione, hoc est, illico incorruptibilem ipsum produxit. Atque ideirco a ratione alienum est dubitare. Si enim Deus, ut jam significavimus, primum hominem secundum imaginem æternitatis suæ ab initio condidit, quid quæso dicere attinet, qualem illum secundum naturam condiderit: siquidem secundum imaginem æternitatis suæ illum tunc condidit? quæ quidem ab omni corruptione extranea est, at oratio paulo infra sanctirati tuæ luculentissime demonstrabit. Ne itaque miretis, quandoquidem & divinum Anastasium Sinaitam habes, cujus in oratione de resurrectione hæc sant ad verbum. *Et fecit Deus hominem*; ad imaginem suam fecit illum. Prima est hæc fictio, simplex, omni jugo soluta, incorruptibilis.

Dan. 13.

Si ergo prima creatio corruptione vacabat, ut divinus vir de primo homine differens dixit, quid requirimus amplius? incorruptibilem enim illum jam tum Deus produxit, ut jam docuimus: quin & immortalitate cohonestavit. Nec mea hæc verba sunt: sanctissimus Andreas Cretensis, sermone de defunctis ita locutus reperitur. Ficto abs se homini Deus rationis & intelligentiæ, & immortalitatis & immunitatis ab interitu ornamenta contulit.

Jam si Deus homini immortalitatis ornamenta præbuit, ut divinus hic vir affirmavit, unde postea disputatores illi, aut quali tandem magistro usi, mortalitatem immortali admiscuerint, idque priusquam ei mandatum daretur a Deo, hoc ante omnia discere postulamus. Si enim Adam, quod asseverant, mortis expers a Deo formatus est principio, non postquam paulo post ad corruptionem mortalitatemque redactus est, hoc quoque dicamus prorsus necesse est, etiam lapsos angelos non solum non lucidos fabricasse Deum, sicuti omnes ordines cælestes; sed tenebrarum convenientes eos capaces fecisse. In his enim omnis quem possidebant splendor subito mutatus, in tenebras torus concessit. Sed nequa hoc ab initio fuit, nec illud; quamquam id nobis adhuc indoctis videatur. Deus enim, qui hominem a principio immortalitate exornavit, & angelis lapsis lumen ineaplicabile principio largitus est, illa rursum eos & loco, & chatisimate spoliavit. Quam ob causam? quia majora, & ultra captum suam enneceperunt, & de dignitate sua cogitaverant, ut sacra Scriptura testatur. Audias licet, quid ad ipsum, Satanam nempe, per Ezechielem dicat Deus. Simul atque exaltatum est cor tuum propter pulchritudinem tuam, & dixisti in corde tuo, Deus sum ego, repente de cælo de Cherubim projeci te, & perdit scientia tua cum pulchritudine tua. Ergo primus homo, vir sanctissime, corruptionis & interitus expers a Deo creatus est. Cæterum abi se majora meditatus, divinitatem sibi promisit, calligans illum Deus, ne quid tale posthac animo versaret, corruptibilem ex incorruptibili, & mortalem ex immortali reddidit. Neque hoc solum; sed insuper e paradiso sine mora exterminavit, tametsi ejus gratia factum illum hortum exquisite plantaverat.

Ezech. 28.

Sed quid ego exterminationem e paradiso memoro, quando & potestatem in animantes rationis inopes a Deo sibi tributam mox amisit, & propter transgressionem damnatus est ita, ut quos sub jugo suo haberet, eas formidaret? Vides enim quomodo & leo ipsum contemnat, & pardalis fugiat, & cæteræ omnes subjectionem recusantes, longius ab eo recedant. Adverte igitur animum. Tametsi animalia Deus ad ipsum adduxit, tametsi omnia sub pedibus ejus subjecit, ut est apud Davidem, nihilominus peccatum hoc etiam principatu illum privavit. Quomodo illum privavit? non quod illa ἀρχὴ etiam ἀναρχίας susceptiva erat, ut plerique existimant: sed quod Adamus datum sibi mandatum transgressus, omnibus illis a Deo ipsi per gratiam traditis excidit. Idem in immortalitate quoque cernere est. Si enim credimus, Deum omnia proprio consilio & voluntate facere & commutare, quod Propheta Amos canit, efficitur omnino, ut credere debeamus, illum quoque mortalem ex immortali, rursumque immortalem ex mortali & corruptibili facere. Quare nemo dicat, Adamum a principio morti obnoxium esse conditum, & si paulo post in corruptionem & mortem locidit. Mitte illos, quandoquidem manifeste laudant, in quibus laudendum non est. Simul enim violavit mandatum Adamus, & simul moti cœpit. Confirmat hoc Scriptura sacra, *Quacumque die comederitis de arbore, morieimini*.

Psalm. 8.

Cap. 5.

Quid plura? Si a principio ita conditus esset Adamus, ut morti deberetur, non diceret Salomon, *Deus mortem non fecit*. Ista enim non cohærent, & parum inter se congruunt. Claret igitur hinc, simul fregisse mandatum, & simul factum quod non erat. Quid porro istue est? mors in Adamam principio minime cadebat: sed abi de ligno comedit, tum cecidit. *Quacumque enim hora comederitis*, inquit, *de ligno, morte morieimini*. Noli porro istuc mirari. Quamvis enim animam intelligentem ei Deus indidit, ut inde æternitate augeretur: (& fidem facit ille lingua aureus) tamen, ut jam dictum est, mandati transgressus & immortalitate ipsum nudavit, & paradiso expulit, & in terram, da qua sumptus erat, reverti fecit. Recta igitur Propheta Amos, Deum omnia facere & transmutare arbitratu suo ad utilitatem nostram.

Genes. 3.

Cognosce itaque. Si enim, ut copiosa probavimus, & incorruptibilis & immortalis a Deo Adamus creatus est, unde quæso, illi prorumpentes, medium ipsum inter immortalitatem & mortalitatem fuisse toto pectore contendunt, & non omnimodis immortalem secundum dignitatem ei ante peccatum impertitam pronantiant? Ad hæc respondeant velim. Atqui nihil afferre queant. Neque, ut nosti, tantummodo mediam ipsum inter hæc duo extrema naturam habuisse affirmant: sed insuper etiam perfectiones naturales affingere eidem non pertimescunt, qui ante peccatum a corruptione, interituque liber, nec pati poterat. Nec sententiam e scripturis probant, at diximus. Sed ta ne timueris. Tali namque natura fuisse hominem ab initio, incorruptibili puta, & impassibili, & nullo modo passum, ab omni corruptione remotum, lingua aureus, homilia decima septima in Hexaemeron sive Genesin docuit, abi ait hominem ante peccatum adeo segregamm, & liberum a perfectionibus fuisse, ut sunt angeli, gloria perfruentem ineffabili. Et longe fusius in libro de statali, ubi hac de re dilucidius verba facit. Cum enim corpus hoc corruptibile tantopere quidam calumniarentur, ut etiam divina fabricatione indignum dictitarent (ajebant enim, si plasma divinarum manuum esset, non ita innumeris malis subjiceretur) sic eos est aggressus.

Nequis mihi hominem hunc dicat, qui offendit, qui damnatus est, qui ignominia affectus. Sed si noicete quæritis, quale a

principio corpus noſtrum finxerit Deus, paradiſum ingrediamur, & ab initio hominem conditum intuiciamus. Non enim, ut nunc, corpus illud corruptibile, & fluxum erat: ſed tamquam antea quædam ſtatua, receas e conflatorio educta, & clare fulgens, ita omni corruptione vacabat; non labor moleſtabat, non ſudor labefactabat, non ſollicitudines incumbebant, non triſtitiæ obſidebant, non fordes, non lacrymæ, non aliud quippiam malorum ſimilium. Verum poſtquam in benefactorem ſe contumelioſe geſſit, & Deum fieri ſe poſſe ſperavit, excellentioraque quam pro dignitate ſua meditatus eſt; tunc nimirum, tunc ſapiens Deus adhibita illi correctione, corruptibilem mortalemque fecit, & his tam multis neceſſitatibus alligavit. Hactenus Joannes ille divinſſimus. Ergo incorruptibile illud corpus jure vocavit. Quod enim quaſi corruptioni cuidam expoſitum non eſt, pro certo incorruptibile eſt. Quod ſi incorruptibile, quomodo obſecro, & qua ratione patiebatur? diſcere iſtac cupimus. Nos enim per noſmet cogitando conſequi non poſſumus, quo pacto corpus ab omni corruptione alienum pati, & affici potuerit, atque ideo doceri rogamus.

Porro, ſanctiſſime vir, etiam ab Heraclæ Epiſcopo, quamquam in divinis rebus ſapiente, diſputata dubitationem non vulgarem nobis injiciunt. Quapropter illam in præſens addacere in medium non decebat. Quæ eſt igitur illa dubitatio? Quoniam ille explanans, quæ de homine diſſeruit celebris in theologia Gregorius, quomodo ſcilicet ab initio effictus ſit a Deo, & qualem mox naturam ſortitus, qualiſque poſt caſum factus ſit, & qualem deinde ſortem adeptus, ne malum foret ſempiternum, hæc duo nobis cogitanda relinquit; aut ſi theologicis veſtigiis non inſtitiſſe (etſi hoc audacius a nobis dicitur) aut, quod longe audacius eſt, magnum hanc Gregorium ipſum ſibi contradicere. Verum idcirco mihi ſaccenſere haud æquum eſt. Licet enim plures nos pro ſuperbis habeant, & inſipientes vocent, qui hæc nimiram ad fidem, ut videtur, difficiliora affirmemus; tamen ſi quis accurate inquiſierit, quomodo, & qua ratione theologicas Gregorii ſententias expoſuerit, admitabitur: & inde nos accuſare deſinet. Bene igitur beatus Paulus, *qui loquitur linguis, oret ut interpretetur*. Ecce enim in hoc libro aliquando dixit, hominem eſſe temporarium ſecundum corpus, ante peccatum; aliquando inter corruptionem ſimul & incorruptionem, ſicut inter immortalitatem & mortalitatem mediam primum illam Adamum, & naturalibus paſſionibus ſubjectum faiſſe contendit; ut ita patiens admoneretur, & de præſtantia mentis ſuperbiens emendaretur. Aliquando ſummam ipſum apathiam habuiſſe, & corpus ejus omni corruptione ſuperius, utpote immortalitatis ſecundum gratiam minime expers, fuiſſe dixit. Hæc, divina accuratius perpendentibus, nequaquam admirtenda cenſentur. Cave autem arroganter hoc a me dictum axiſtimes. Si enim neque hoc erat primus homo, neque illud, id eſt nec corruptibilis, nec incorruptibilis, nec mortalis, nec immortalis, ut illi placet; quomodo rurſus eumdem ſummam habuiſſe apathiam, & ſecundum gratiam immortalitatis non expertem fuiſſe aſſerit?

Equidem præ ſtupore vix me capio, quomodo admirandus ille vir in tantam diſcrepantiam devenerit: quomodo, ut nobis quidem videtur, ipſe ſecum pugnet. Si enim nec corruptibilis erat primus homo, nec incorruptibilis, quomodo igitur admonitionis & caſtigationis cauſſa patiebatur? Pati, neceſſario eſt corruptibilis. Si autem corruptibilis Adamus, quoniam patiebatur, qui tandem ipſum incorruptibilis & corruptibilis naturæ medium fuiſſe probare annituntur? Hæc nobis male concluſa ab indoctis illis videntur. Si enim, ut illi autumant, medium inter magnitudinem, & humilitatem, hoc eſt inter immortalitatem & mortalitatem corpus Adami fuiſſe divinus Gregorius docet, quid eſt, quod idem vir magnus antea temporaneum vocavit? Huic oppoſitioni reſpondeant. Si enim temporaneum erat, patet etiam mortale fuiſſe. Si mortalis Adamus, quoniam corpus ad tempus durans gerebat, quomodo ipſum poſtea medium inter magnitudinem & humilitatem faiſſe ait?

Scito igitur, o ſacrum caput, de communi hominum natura pauca quædam diſſerentem Gregorium, occaſionem neſcio quo pacto dediſſe Patri huic exiſtimandi, de primo homine iſta diſſeruiſſe. Sic igitur, ſanctiſſime, & medium magnitudinis atque humilitatis, non de corruptione, at arbitror, & incorruptione magnus illa ſcripſit: ſed univerſe de anima & corpore. Etenim anima cujuſque, per divinam inſufflationem, ut eſſet, conſecuta, major ſine dubio luteo iſto corpore fuit. Et quid plura attinet? Nam ſi verba theologica attente legas, deinde expoſitionem ſuper ipſa conſideres, tunc, tunc inquam, diſces, quaotum diſcrepent, & a pia cogitatione hanc explicationem mirum in modum abhorrere diſces.

Ne longe abeamus, temporarium & immortale: & ut patiatur, & patiens admoneatur & erudiatur; & animal ſic conſtitutum, & allo poſtea converſum, neutiquam generis noſtri principi illi & primo Adamo quiſpiam accommodaverit, niſi in incorruptione, & ſecundum imaginem æternitatis Dei etiam ante prævaricationem corruptioni & mortalitati debitum fuiſſe fateamur. Quæ cum ita ſint, præſtabat ſilere; cum præſertim ipſum divum Gregorium ſuper primævo homine nihil tale tum dixiſſe videamus. Quomodo enim, ſi pergens etiam corpus illi dat a quacunque corruptione invictum, & confirmat ſententiam his verbis: & ſine omni tegumento & munimento? Talem quippe convenie-bat eſſe qui primus conderetur. Attentione digna res. Si enim decebat talem eſſe, qui primus fuit conditus; non egentem videlicet ullo tegumento, aut munimento (eſt autem hæc perfecta apathia) liquet, *temporarium & immortale*, &, *ut patiatur, & patiens admoneatur, & erudiatur*, iſta, inquam, de communi hominum natura accipienda, ut jam monuimus. Fuit enim impoſſibile a ſe diſſidere magnum Gregorium, nunc impaſſibile affirmantem corpus Adami, nunc paſſionibus naturalibus, idqua ante tranſgreſſionem, ſubjectum.

Quod porro corpus illud non egens ullo tegumento incorruptibile & immortale ſine controverſia fuerit, luculentius etiam Joannes Chryſoſtomus tradit. Nam concione decima quinta in hexaemeron inter cætera ſic loquitur. Naturæ neceſſitatibus in paradiſo nequaquam conſtriagebantur protoplaſti, prorſus incorruptibiles & immortales creati; neque veſtimentorum egebant. Si igitur, dilecte, Adam prorſus incorruptibilis & immortalis eſt procreatus; quomodo illi medium inter immortalitatem & mortalitatem illi ſtatuunt? Multis itaque demonſtratum eſt, hominem ab initio immortalem aſſe formatum, tunc ei

1. Cor. 14.

immortalitatem donante Deo, qui magna donare conſuevit. Et fidem habe etiam hic Joanni oris aurei, dicenti. Cum nihil intuliſſet in vitam homo, mox immortalitatem, omnemque aliam in paradiſo voluptatem accepit. Sed ubi divino mandato inobediens factus eſt, illico immortalitate ſpoliatus, ex immortali mortalis eſt redditus. *Qua enim hora comederitis*, inquit, *de arbore, morte moriemini*. Ac de iſtiæ ita dictum eſto.

Fuiſſe autem incorruptibile & immortale corpus illud, docuit etiam Beatus Cyrillus, in oratione de fabricatione hominis, ubi ad verbum ſic eſt. Creatum eſt quidem corpus Adami e rerte, e corruptione autem & morte laviſtum. Auctor enim & ſuppeditator vitæ illi vitam inſevetat. Quia & Magnus Baſilius. Cum finaſſet hominem Deus, inquit, ætetnæ vitæ fruitionem illi donavit. Prætetea divioiſſimus Barlaam ſic ad Joſaphat. Primum hominem Deus poteſtate arbitrii ſui, & immortalitate honotatum, regem omnium terrenorum declatavit. Idem Joannes Chryſoſtomus, ſic ad verbum diffetens, concione vigeſima prima la hexaemeron. Febricatum a ſe hominem Deum omnium quæ ſub aſpectu cadant principatum habere voluit. Propter hoc enim dixit, *Faciamus hominem ad imaginem noſtram*. Faciamus hominem principem terrenorum univetſorum. Etenim nihil aliud illud *ſecundum imaginem*, niſi principatus & dominii rationem ſignificat. Sicut enim univerſitatis Dominus ſe omnia imperium obtinet, aſpectabilia & inaſpectsbilia, ut omnium conditor: ſic cum animal hoc meate & conſilio præditum condidiſſet, id omnibus quæ oculis ſentiuntur præede voluit. Quare & animæ eſſentiam illi donavit, quo dutaret ævo ſempiterno. Tu noli dictis diffidete; ſiquidem & Salomon hoc ipſum indicat. *In incorruptione*, inquit, *Deus hominem creavit, & ſecundum imaginem eternitatis ipſius*. Et eſſet quidem ita tempitetnus: ſed quia pet ſocordiam lapſus eſt, & præſcriptum ſibi mandatum violavit, ne ſic quidem omnino ab eo ſe removit: ſed immortalitete quidem aantum, & motte damnatum in eodem ferme imperio teliquit. Sep. 2.

Placuit igitur, hominem antequam de vetito ligno veſceretur, a motte liberum fuiſſe: non enim pro ſupplicio, ut Chryſoſtomus in decima ſeata homilia docet, mortem ei poſt eſum infiix.ſſet. Veram hoc loco advertendus eſt animus. Non ſolum omnium quæ aſpecta percipiuntur, regem eum conſtituere Deo placuit: ſed & opere ipſo imperium ejus abſolutum plane demonſtravit. Omnia enim tunc animantia ad illum adduxit; temetſi quid futurum eſſet non ignoraret. Atque ita omnia, ſetvorum ſpecie illi repræſentata, appellationes ab eo ſuſcepetunt. Sic igitur per intelligentem animam immortalitate eum honotavit. Quamquam enim & futuram non multo poſt prævaricationem ipſius prænoſſet, tamen ea ſola præſcientia eum damnare nolens, ſuam voluntatem in eo, ut Deo dignum ſuit, explevit, & anima ipſum, ut jam dictum eſt, impertivit, per quam in perpetuum immortalis eſſet. Si ergo immottalitate hominem cohonettavit, manifeſto in errore verſantur, quicumque mortalitatem illius immortalitati admiſcent. Non parum enim hinc honorem homini a Deo ia ptincipio collatam obſcuraat, & imminuunt. Unde & mortalitatem cum immortalitata confundete ptotſus non decebat: ſiquidem Joanaem Chryſoſtomum prius dicentem audivetunt; ſicut aurea ſtatua, modo de conflatorio educta, & clare ſulgens: ſic illius corpus ab omni corruptioae liberam erat. Quate & mortalitatem cum immottali conjungate ſas non erat: quandoquidem aurea lingua exemplo hoc potiſſimum uſa eſt. Deciaat quippe hinc, corpus ejus morte & corruptione fuiſſe majus: ut prodeuntem modo ſtatuam, & clare fulgentem, omni labe vacare oeceſſario confitendum, & credendum eſt.

Incorruptibilis igitur, & immortalis in ptincipio homo. Quem etſi poſtee motte damnavit, tamen non diu ſine conſolatione reliquit. Audi quid de hoc ſcribat Magnus Athanaſius, ſermone de Aſſumptione hominis. Mors quidem ingreſſa eſt per inobedientiam. Tamea laans minarum vigotem Deus, ſtatum ſpem immortalitatis humano geaeri præbet, & Enoch de medio rapit, & hinc mortalem naturam terminos immortalitatis ſuſcipere docet. Hæc eiam diſcipuli Chriſti confitmantes ajunt, incotruptionem & diutntnitatem vitæ noſtræ exemplis Enoch, & Eliæ evidentet ſtabiliri. Per translationem enim ipſorum ſpem immortalitatis mortali huic naturæ mirabilitet admodum ingeneravit. Et idcirco Magnus Athanaſius dixit, Eliam rapi, & velut in cælum ſubvehi, mortem inſa telinquentem. Damaſcanus prætetea ſic eum affatur. Currus in ſublime tollens, igneam gratiam miraculorum tibi dedit Elia Thesbita, incorruptum te faciens, ut noa videas mortem donec prædicaveris omnium conſummationem. Et hic quidem ſic. Genes. 5. Hebr. 11.

Joannes autem illud os aureum, hanc inco ruptionem primum illum hominem habuiſſe illuſtrius docet, cujus verba recitabo. Placuit Enoch, & transfertur. Vide domini bonitatem. Cum enim inveniſſet virum virtutis officia præſtantem, non eam privavit dignitate, qua protoplaſtum ante mandati tranſgreſſionem cumulaverat. Quæ porro illa dignitas, quam primo homini ptincipio Deus donavit? Incorruptibilem, immortalem, exitii expertem eſſe, ut liquido oſtenſum eſt. Quam dignitatem accepic quidem Adamus, peridit tamen ſimul ac mandatam neglexit, perverſoque conſilio arborem tetigit. Itaque ut non penitus deſperemus, quaſi immortalitatem illam numquam tecuperaturi, transfert Enoch, & immortalitate eum dignatur, perque multa ſæcula vitam ei producit: hinc ſignificans mortalem uatutam noſtram illius modum exſpectate, qua pet tranſgreſſionem Adamus excidit.

Quod ſi hæc ita ſnat, quid plura attinet? Si enim primus ille homo hanc incorruptionem habuit, quam expectare Deus mortalem naturam docuit, Enoch transfetendo, apparet plane, talem e Deo hominem eb laitio conditam, qualem ex mottuis teſurrecturum divina prædicant oracula. Ne igitur hæſita. Cogita tecum, quod etiam divinus Anaſtaſius Sinaita in oretione de reſurrectione de bis clariſſime poſoit in hunc modum. Tale e mortuis excitatut corpus enanime, quale emt a principio, rejectis omnibus, quæ illi propter peccatum contigerant. Attende igitur. Si tale teſurgit, quale e principio erat: reſurgens autem tanc corpus certum eſt morte & corruptione ſuperius teſurrecturum (id quod maximus ille Paulus teſtatur) *oportet*, inquit, *corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc immortalitatem*, manifeſtum 1. Cor. 15.

ſit, & corpus illud, primum videlicet a Deo creatum, vere immortale fuiſſe, & incorruptibile quod toties jam diximus. Idipſum quoque docet Nyſſæ Epiſcopus S. Gregorius, præſertim ubi divinum Eccleſiaſtæ dictum exponit, nempe iſtuc. *Quid eſt quod fuit? ipſum quod futurum eſt. Quid quod factum eſt? ipſum quod faciendum eſt.* Ait enim, manu Dei factum hominem, non eſſe, qui nunc eſt propter peccatum, ſive mutabilem & corruptibilem.

Eccleſ. 1.

Si igitur *in incorruptione Deus hominem fecit, ſecundum imaginem æternitatis ſuæ*, ut Salomon ait: ſi in eo declaravit ſtudium erga illum ſuum, quod animam ratione prædiram illi immiſit, ut eſſet etiam immortalis jugiter, ſicut Chryſoſtomus inquit: ſi igitur æternæ vitæ fruitionem donavit ab initio homini Deus, ut ait Magnus Baſilius ſi: igitur prima creatio Adami incorruptibilis erat, ut divinus Anaſtaſius Sinaita ſcribit: ſi igitur dignitatem dedit principio homini Deus, nempe eum tali expertem eſſe, ut S. Andream Cretenſem dixiſſe patet: ſi igitur libertate voluntatis, & immortalitate cum decoraſſet hominem Deus, regem omnium terrenorum inſtituit, ut beatus Barlaam dixit, quomodo adhuc mortalem a Deo productum aſſeremus? prorſus impoſſibile opinor eſſe. Quidni? quando & theologiæ doctiſſimus Gregorius non finit de primo homine talia cogitando concipere. Nullius enim tegumenti, & munimenti indigum primum hominem cum affirmaſſet, ſtola immortalitatis veſtitum eſſe qui primus a Deo eſt fabricatus, haud obſcure admonet. Etenim ſi ſecus eſſet, extrema illa corporum reſurrectio ad veterem illam, & primam vitam reverſio eſſe non diceretur.

Sap. 2.

Reliqua, de cibo videlicet primi hominis in paradiſo, & de ligno ſcientiæ boni & mali, deſiderantur. A Glyca porro plures hujuſcemodi diſputationes conſcriptas fuiſſe, mihi fit credibile, inquit Pontanus.

IN DISPUTATIONES GLYCÆ

NOTÆ.

QUod ad poſteriorem diſputationem Glycæ attinet; refellit illa ex inſtituto ſententiam Diopetræ de natura Adami media inter mortalem & immortalem. De qua copioſe etiam Glycas in Annalibus ſuis parte prima. Etſi in bonum ſenſum ſententia Diopetræ accipi poſſit, ut jam ſupra notabamus. Operæ pretium autem erit, ea, quæ Glycas in Annalibus differit, conferre cum hac ejus diſputatione: Inde enim quod hic deeſt de cibo primi hominis & de ligno ſcientiæ boni & mali petere licebit, tametſi errat Glycas, quando negat Adamum in Paradiſo cibo vero & ſenſibili uſum eſſe: nec argumenta ejus quidquam concludunt, ut facile demonſtrari poſſet, ſi id nunc nobis eſſet propoſitum. Quare dum minorem errorem, & qui fortaſſe non tam error eſt in re, quam nomine, inſectatur, in longe majorem incurrit. Num qui Adamum in ſtatu innocentiæ immortalem fuiſſe aſſerunt, illi etiam docent, homines in ſtatu innocentiæ pati potuiſſe non ſolum paſſione omnino perfectiva, qualis eſt receptio luminis & ſpecierum, quæ fit ſine ulla deperditione, ſed etiam paſſione ad animalem vitam neceſſaria, quæ per ſe ordinatur, tum ad ſubminiſtrandos vitales ſenſitivoſque ſpiritus, quibus ad ſenſuum operationes indigemus: tum etiam ad perducendum per nutritionem & augmentationem animal ad debitam quantitatem & ſtatum; tum denique ut ſemen generetur, quo ad conſervationem & propagationem ſpeciei, animal ſibi ſimile poſſit generare. Licet autem animalis hæc actio ad perfectionem augmentumque tam individui quam ſpeciei per ſe ordinetur, per accidens tamen conjunctam habet refutationem ac conſumptionem quarumdam partium animalis actione calidi in humidum. Quæ cauſſa fuit, cur primi parentes in ſtatu innocentiæ cibi ſumptione ad vitam tuendam indigerent; nec non certis ſtatutiſque temporibus eſu fructus ligni vitæ, quo altrix virtus confortaretur, integraque & in ſuo robore perpetua permaneret, ne actione ac permixtione communis peregrinique nutrimenti debilitarentur paulatim, in infirmamque ſenectam, ut nos, ea de cauſa devenirent, tandemque deficerent. Vis enim ligni vitæ ea erat, ut inſtar pharmaci antidotique præſtantiſſimi non ſolum nutrimentum puriſſimum ac defæcatiſſimum exhiberet, ſed etiam altrices vires confoveret, ac in ſuo robore & puritate conſervaret. Hæc & plura alia in eamdem ſententiam Ludovicus Molina tract. de pere ſex dierum Diſp. 28. Quem legiſſe juvabit.

ΤΟΥ ΚΥΡΙΟΥ

ΜΙΚΑΗΛ ΤΟΥ ΓΛΙΚΑ

ΣΙΚΕΛΙΩΤΟΥ

ΒΙΒΛΟΣ ΧΡΟΝΙΚΗ.

MICHAELIS GLYCÆ

SICULI

ANNALES,

A MUNDI EXORDIO USQUE AD OBITUM ALEXII COMNENI.

PRIMA PARS TOTIUS UNIVERSITATIS rerum a Deo conditarum hiſtoriam continet, illuſtri expoſitionis varietate admirandam.

Interprete JOANNE LEUNCLAVIO.

ΒΡΑΧΕΑ ἀναλαβὼν ἐγχαράττω σοι τῷπ τὸ γράμμα, τέκνον μυ φίλτατον· εἰ δὲ ἕ μυρίοις ἑαυτὸς ἐκδιδύσκει πόνους οἱ τὰ χρονικὰ συνταξάμενοι διηγήματα, ὥστε φιλοτίμως ἐκδίδαι τὰ κοινὰ συμπεσήματα· ἀλλ' ἐν ὀλίγοις ἐγὼ τὰ τοιαῦτα συμπεπλαβὼν (οἶδα δὲ ὅτι ἡ πάνυ καταβαρυόκις τὰς ἀκοὰς, ἅπερ ὁ λόγος εἰς μῆκος κατακτᾶδείη) βραχεῖαν ἰδέσοι ἡ ταύτην ἢ βίβλον συντίθημι.

Αρχή. Πρὸ πάντων ὧν εἰδέναι σε ἄξιον, ὅτι ἐν ἓξ ἡμέραις ἐποίησε τῶν τὸν κόσμον ὁ Θεός· ἐν δὲ τῇ ἑβδόμῃ κατέπαυσεν ἀπὸ πάντων ἧ ἔργων αὐτῦ, ὧν ἐποίησε. δύναται δὲ ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ τὰ πάντα παραγαγεῖν, οὐρανὸν δηλονότι, γῆν ἡ θάλατταν, ἰχθύας, ἀπτὰ πετεινὰ, ἡ τὰ τετράποδα, ἡ αὐτὸ ἢ ἄνθρωπον. ἀλλ' ἵνα μὴ ἀφορμῆς ἐπιδράξονται οἱ ἐξ αὐτομάτου τὰ πάντα παραχθῆναι λέγοντες, ἡμερῶν ἑξαήμερον ἓξ ἐπὶ τῇ παραγωγῇ τῶδε ἢ κόσμυ ὁ δημιουργὸς ἡμῶν ἡ Θεὸς, ὡς ὁ χρυσορρόμων Ιωάννης φησίν. οἱ δὲ ἡ ἀπο ἢ ποιημάτων ἀπαρτισθέντων αὐτήματα ταῦτα τινὲς ἐφαντάσθησαν, πολλῷ μᾶλλον ἅπερ ὁμῶ ἡ ἐν ταὐτὸ τὸν καιρὸν ἐφάχθησαν.

Glyca Annal.

HUNC etiam brevem commentarium tibi, chariſſime fili, conficere lubuit. Quamquam enim ſcriptores annalium in eo nimiopere laborare video, ut ambitioſo quodam orationis genere cogitationes ſuas exponant: ego tamen meum ſecutus inſtitutum, quæ ab iis eſſent tradita, paucis comprehendere malui, quod cognitum habeam, prolixis orationibus aures hominum obrutas tædio quodam adficiat.

Aſteriſci aut lacunas explentes, aut vitia verſionis caſtigata deſignant.

Ante omnia vero ſcire debes, Deum ſex dierum ſpatio mundum hunc condidiſſe, & die ſeptima rerum creationi finem impoſito quieviſſe. Po erat quidem uno die res univerſas in ortum producere, nimirum cælum, terram, mare, piſces, volucres, quadrupedes beſtias, & in his hominem ipſum: ſed ne occaſionem erroris hinc ſui arripient, qui fortuito caſu orta perhibent omnia, diebus ſex mundum hunc abſolvere voluit, quemadmodum aureus orator ille Joannes tradit. Nam ſi hoc etiam modo creatis abſolutiſque rebus, auſi quidam ſunt imaginari, caſu quodam ortas: multo magis id feciſſent, ſi pariter eodemque tempore conditæ fuiſſent.

Edit. Pariſ. pag. 2.

Cur ante uno die cuncta condita.

Joannes Chryſoſtomus.

Cur diebus ſex condita.

Placuit itidem Deo sex tantum diebus, non pluribus, nec paucioribus opificium mundi hujus absolvere: ut sciremus, nobis quoque sex cujuslibet septimanæ diebus laborandum, septimumque diem soli celebrationi divinæ impendendum. Nam ea de causa opifex quoque noster ab omnibus operibus suis septimo die quievit. Nec est quod Dominum in Evangelio dicere miretis: Pater meus operatur hactenus, & ipse operor. Nam tum quidem temporis, ut Chrysostomus ait, ab operibus universis quievit, hoc est, creare desiit. quippe post septimum diem haudquaquam in ortum de nihilo quidquam produxit. Quia vero secundum id creata conservare non cessavit, absque quo foret, ita hodiernum illa diem non durassent: idcirco etiam modo non abs re operari dicitur. Enimvero primo die cælum ac terram condidit, cælum inquam illud pilocreps, perpulchrum, sideribus carens, de cujus imagine Joannes Evangelicæ auctor historiæ, de sequentia secundum hanc rerum instauratione loquens in revelatione sua, sic ait: Videbam cælum novum, terramque novam, & mare prius nusquam erat.

Declaratio dicti Christi Joan. cap. 5. 17. Sacræ Scripturæ loca quæ in Leuclavii editione desunt, deinceps adscribemus, cum nominibus scriptorum qui frequenter à Glyca citantur.

Apocal. 21. 1.

Deus, ait sacræ historiæ scriptor, initio cælum & terram creavit. Animadverte, fili, dubium hoc loco quibusdam incidere: qui cælum prius condiderit, ac deinde terram. Quum enim priore loco fundamenta jaciantur, atque ita deinde tectum imponatur ædificiis: omnino tecta prius in ortum producenda erat, ac tum demum cælum quoque creandum. Verum alter egisse Deum, nequaquam tibi mirum videatur. Nam quum opera ipsius omnia naturæ leges excedant, & omnem artis seriem: nihil novarit, si etiam in mundi creatione cælum priore loco, terram secundo condidit. Hoc modo divinus ille Joannes hanc dubitationem explicavit. Alii vero dicunt, Deum summum artificem primum cælo condito, deinde terram creasse, ut hoc ipso ineffabilem sapientiam artemque suam declararet. Nam quum de sententia Gregorii Nyssenis, hominis rerum divinarum peritissimi, per cælestis corporis motum celerrimum suo in loco terra stabiliatur, & quasi constringatur: omnino conveniebat id prius creari, quod alterum contineret, quam quod contineretur. Quod si jam quis amplius dubitet, qui factum sit, ut terra de fundamento suo non fuerit emota, quo tempore cælum non agitabatur, motuve suo ferebatur, (hanc enim quæstionem eximius ille Maximus in iis, quæ ad Thalassium scripsit, movet) Jesu Nave F. dicente: * Sol apud Gabaonem subsiste, & luna ad Vallem Ælonem: ei respondebimus, ubi Deus velit, ordinem naturæ vinci. Nam si ejus io manu sunt termini limites, si rerum columnas ipse stabilivit, ut Davides loquitur, si terræ fundamenta certa firmaque jecit, ut perpetuum ea loco non moveantur: desine mirari, quod aliquando cæli motu quiescente de fundamento suo terra non excesserit. Quamquam enim omnis actione naturæ consentanea fiant hodie, tamen si quidem ità naturæ Dominus ille velit, etiam supra naturæ leges accidere non pauca videmus.

Chrysostomus.

Gregorius Nyssenus. Edit. Paris. pag. 3.

Jesus 10. 12. * Poterat hoc novo labore superfederi Leuclavius, cum ad manum ei omnibus probata Catholicis vulgata versio, quod semel hoc monuisse sufficiat.

Creavit igitur initio cælum & terram. Et quia, sicut eximius ille Basilius ait, ex obstructione corporis cælestis aer caligine altam induerat (erant enim, ioquit Moses, effusæ abyssо tenebræ) lucem hanc

Gen. 1. 1. Nyssen.

Exſtitere tum frequentia paſſim incendia, quumque ver appetiiſſet, tam vehementes ventoram flatus exorti ſunt, ut inter aliorum operum caſus atque ruinas, etiam ſtatua columnæ impoſita in foro Placoto, ſic ab incruſtatione dicto, delapſa multos iſtic forte præſentes opprimeret. Præterea litteris prodium eſt, ea aere tam impetuoſum imbrem die, quo ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli memoria celebratur, erupiſſe: ut ædiE ficia proſternerentur, & in eis mortales nna eum animantibus aquis obruerentur. Sequutæ ſunt Turcorum in provincias Romanas excurſiones, contra quos Imperator quum ducere copias, adfixus lecto, non poſſet: Euſtathium Camytzem eaercitibus præfectum adverſus eos mittit. Is conſerta cum Turcis manu, non copias modo cæſas amittit, verumetiam ab hoſte captivus abducitur. Eo

De matre Imperatoris.

De conjuge.

Matris & filii diſſidis.

De Baimundo, quem alii Bemundum vocant.

Baimundi perfidia.

Edit. Pariſ. pag. 335.

Imperatoris morbus, & curatio.

Alexius Imperator Manichæos in viam revocat.

Incendia. Venti.

Imbres.

Excurſiones Turcorum.

Euſtathius Camytzes captus.

casu Imperator cognito, teneri non potuit, quin ipsius ad ea loca proficisceretur. Quo facto, sostar fumi Turcos dissipavit, tanto eis terrore injecto: ut etiam ii qui Camytzem captivum detinebant, sponte sua cum ipso ad Imperatorem accederent.

Alexius hostes copias dissipat.

Secundum hæc, princeps Turcorum fœdus cum Imperatore feriit: quo inito, domum utrinque discessum. Quum autem morbus Imperatoris in dies ingravesceret, de communi medicorum sententia, candens ferrum ejus stomacho impressum est. Et quia parum temperatus aer regiæ videretur, ut qui esset australior aliquanto: in Manganorum palatium fuit deportatus, fato illum (ceu credi par est) eo pertrahente. Nam vulgo jactatum illud, Io Acesodynis cadet: de ipso perscriptum esse perhibent, qui plurimum ejusmodi oraculis interpretandis valent. Istic ergo diem in terris supremum, Joanne Comneno filio successore imperii relicto, clausit.

Cæterio utitur.

Moritur.

Joannes Comnenus Imperator.

Ἀλέξιος καταλαμβάνει, καὶ τοὺς Τούρκους αὖσαι καπνὸν ἀφανίζει. καὶ οἱ τὸν Καμύτζην κατέχοντες αὐτόμολοι σὺν αὐτῷ προσέρχονται τῷ βασιλεῖ.

Μετὰ ταῦτα ὁ τῶν Τούρκων ἄρχων σπένδεται τῷ βασιλεῖ, καὶ ὁ καθ' ἑκάτερα εἰρηνεύει πόλεμος. ἐπεὶ δὲ μετὰ ταῦτα τῆς νόσου κῦρος, κοπτὴ γοῦμι τῷ ἰατρῶν σίδηρον κατὰ στόμαχον φλογόεσσα δίεται. ἐπεὶ δὲ ὁ ἀὴρ ὁ ἐν ἀνακτόροις ἀὴρ οὐκ ἄκρατος ἐδόκει, ἄπτ ντιώτερος ἂν, εἰς τὰ τῶν Μαγγάνων ἀποκόμισαι ἀνάκτορα. ἦν χρὼν ὡς ἔοικε καθέλκοντος. τὸ γὰρ ἐκ ἀκυσαδιώνος πυσεῖται. περὶ αὐτῆς γεγράφθαι φασὶν οἱ περὶ τὰ τοιαῦτα δεινοί. θνήσκει δὲν ἐκείνῃ τῆς βασιλείας ἡμέρᾳ κατελιπὼν τὸν ἑῶν αὐτῆ τὸν Κομνηνὸν Ἰωάννην.

ANNALIUM GLYCÆ FINIS.

CONTINUATIO
GLYCANORUM ANNALIUM,
A JOANNE COMNENO,
USQUE AD IMPERII BYZANTINI EVERSIONEM.

AUCTORE JOANNE LEUNCLAVIO.

Qua ſuperioribus adjecta, corpus integrum Hiſtoriæ Byzantinæ Lectores habent.

ALEXIO Imperatore ſpiritum extremum ducente, Joannes Maximus natu filius, adjuvante fratre Iſaacio, Sebaſtocratore, conſcio patre, ceu ferebatur, invita matre, quæ Bryennium generum cum Anna Cæſariſſa filia maluiſſet Imperio potiri, nactus avulum paternum partim eo cuſtodibus oſtenſo, partim vi portis e cardinibus emotis, magnum palatium ingreſſus eſt, ſeque Imperatore nuncupato, rempublicam adminiſtrare cœpit. Confirmato imperio, præcipue cognatorum opera in gubernatione utebatur, Joannis Comneni Accubitoſis, qui arrogantia ſua ſemet cito dejecit, & Gregorii Taronitæ, viri modeſti, præterea Gregorii Camateri, obſcuro nati genere, ac Joannis Axuchi Perſæ, quem mirifice diligebat ob conſuetudinem diuturnam, & honore Magni Domeſtici ornabat. Anno primo necdum exacto concitata fuit adverſus Imperatorem ſeditio, cujus erant principes Bryennius & Anna Cæſariſſa. Verum ea mature ſopita eſt, Imperatore ſeditioſos humaniter caſtigatore.

Seditio.

Turci victi.

Poſt hæc Turcis in Phrygia victis, Laodiceam recuperatam munit: alteraque ſuſcepta expeditione, ſolerter pellectis ad infidis rum loca præſidiariis, & ab urbe interclufis, Sozopolim cepit, cum aliis multis oppidis, locisque munitis, quæ Turci Romanis ademerant. Scythas etiam, quos Patzinacas vocant, ingenti prælio vicit, itemque Triballos ſive Servios, quos in poteſtatem redactos magna ex parte in Nicomedienſem Aſiæ provinciam tranſtulit. Filius habuit quatuor, Alexium, Andronicum, Iſaacium, Manuelem. Alexium poſt coronationem videre per quietem viſus eſt inſidentem leoni, quem auribus habenarum vice moderarerut: quum alioqui nihil haberet ad domandam belluam accommodatum. Hoc viſo ſignificabatur, eum titulo tenus abſque re potiturum imperio, quod etiam mox amiſſurus eſſet, uti deinceps accidit. Geſſit etiam feliciter adverſus Hunnos bellum Joannes, qui fines Romanos invaſerant, prætexta cauſſa ſpoliatorum mercatorum ſuorum: quum occulta & verior eſſet, in Almuzen Stephani regis Hunnorum fratrem profugum declarata humanitas. In hac expeditione multum ab eo fines imperii verius occidentem propagari ſunt.

Patzinacæ victi.

Filii Joannis

Somnium.

Bellum Hunnicum.

Perſarmenii victi.

Victis hinc Perſarmenis, & occupata Caſtamone, cum triumpho Conſtantinopolim pedes eſt ingreſſus, quadriga triumphali nequaquam conſcenſa, ſed imagine Deiparæ in illam collocata, cui velut imperii collegæ victorias acceptas ferebat. Mox reverſus in Orientem, Caſtamonem a Taniſmanio receptam, Gaogram, Adanam, Tarſum, Bacam munitiſſimum caſtellum, Anabarzam vi expugnat: & Cœleſyriam ingreſſus, Antiocheæ quam honorifice a Raimundo principe ſuſcipitur, ac fœdus tam cum Raimundo, quam Tripolitano comite ferit. Inde penetrans ad Euphratem, Pizam aliaſque nonnullas munitiones occupat. Nec multo poſt Alexium primogenitum, quem& Andronicum ab eo proximum mors abſtulit. Eis non diu ſuperſtes fuit læſus in venatione per ſagittam ſuam veneno infectam, quam e pharetra ſolitarius aper excuſſerat. Moribundus oratione ad ſuos habita, Manuelum ex filiis natu minimum, qui tum forte aderat, Iſaacio majori præſulit, & Imperatorem deſignavit. Quo conſilio cunctorum ſuffragiis approbato, viram hanc reliquit, Imperii XXIV anno ſupra menſem octavum exacto.

Mors filiorum Imp.

Manuelus Comnenus imp.

Succeſſit ei Manuelus, qui mox e caſtris in urbem Axuchum magnum Domeſticum ablegavit, ut res iſtic conſtitueret, occupatoque palatio fratrem Iſaacium paternæ mortis adhuc ignarum coerceret, ne quid ille turbarum ceu natu major daret. Egregiam in eo navavit operam Axuchus, Iſaacio in Pantocratoris monaſterium incluſo. Non abs re autem pater illi Manuelum prætulerat. Nam & iracundus erat, & ad ſupplicia leves ob cauſſas exigenda pronus: hac ipſa atrocitate cum naturali quodam pavore conjuncta. Uxor Manuelo Imperatori Alemana fuit, ex illuſtri principum familia: quæ non tam formam corporis, quam animi pulchritudinem curabat. Itaque fucis & adſcititiis ornamentis repudiatis, naturalique ſubore contenta, virtutum elegantia fulgebat, conſtantia gravitateque gentilitia prædita. Ei Manuelus conjugii fidem non ſervabat, etiam neptis inceſta conſuetudine cum ignominia ſingulari abutens. Cæteroquin ab ioitio munificus erat, ob comitatem aditu facilis, animo fraudis experte: quæ tamen virtutes io ipſo perpetuæ noo exſtiterunt.

Edit. Parif. pag. 337.

Iſaacii mors indigni principe.

Imperatricis Alemanicæ virtus excellens.

Hoc rempore ſuſcepta eſt ab Alemanis Conradi Cæſaris auſpicils in Palæſtinam nova expeditio, quam Manuelus minime quidem palam impediebat, ſed occultas tamen ſtruebat Alemanis inſidias. Fuerunt in hac expeditione virorum comites etiam fœminæ quædam ingentis animi, quæ armatæ iofidentes equis Amazonum ſpeciem præbebant. Hic mihi vide, quam flagitioſe Manuelus contra datam fidem ſeſe geſſerit. In locis opportunis & arctis inſidias collocabat, quæ multos interimebant: paſſim portis ipſo annuente clauſis, forum Alemanis denegabatur: funibus de muro pecuniæ attrahendæ cauſſa demiſſis, ea capta, quantum vel panis vel aliarum rerum libebat, præbebatur: nonnumquam auro & argento attracto, de maris ſemer improbi mortales ſubducebant, ac nihil omnino commeatus vicifſim demittebant: quidam farinæ calcem miſcentes, cibum peſtiferum efficiebant: Imperatoris juſſu de argento minime probo caſa moneta eſt, quæ vendituris aliquid ex Alemanico exercitu daretur: denique litteris ad Turcos miſſis Manuelus hortatus eſt, ut bellum Alemanis facerent.

Cõradus Imp. Palæſtinam recuperat.

Viragines.

Manuelinequitia, de ipſorum Græcorum hiſtoriis expoſita.

Conradi de Turcis victoria.

Quod illi quum tentarent, ad Mæandrum a Conrado, divina quadam vi fluvium tmjiciente, tanta ipſorum edita ſtrages eſt: ut cæſorum oſſibus excitati crebri altique tumuli, collium inſtar adſurgerent, qui hodieque cum admimtiooe transeuntium ſpectantur. Eo prælio tam feliciter pugnato, citra cujuſquani impedimentum deinceps Alemanl ſunt progreſſi.

Rogerius Siciliæ rex.

Geſſit ab illo tempore bellam Manuelus contra regam Siciliæ Rogerium, ablatamque ſibi Corcyram recuperavit, & Michaelo Palæologo copiis adverſus Siculos præfecto, do Serviis Hungariſque victoriam ſane illuſtrem conſequutus eſt. Palæologo non multo poſt abrogatum imperium, miſſique contra Siculos Alexius Comnenus Bryennii Cæſaris F. cum Joanne Duca, itemque Conſtantinus Angelus, io poteſtatem hoſtium venerunt. Tandem ſine fructu bello adminiſtrato, pax utrimque facta eſt. Quum

Alteræ Manuelì nuptiæ.

autem Alemana Manuelì uxor e vivis exceſſiſſet, quam quidem mortuam ille longe acerbiſſime luait, procreandæ ſobolis maſculæ cauſſa, Perebini Ansiochenæ ad Orontem ſuæ principis, ex occidentali familia nati, filiam uaorem duxit. Inter alia, quæ geſſit, hoc quoque celebratur, quod quum Chliara, Pergamus, Adramyttium, urbes Aſiæ minoris, earumque fines a Turcis undique graviſſimis populationibus vexarentur: munitionibus eaſtructis, quas Nova Caſtra nuncupavit, earum ſecuritati conſuluerit.

Victoria de Hungar.

Deinceps moto bello contra Hunnos, adſnito ſui Stephani, Jazæ regis eorum fratris nomine; quem regno poſt Jaazæ mortem præfici vellet, quum initio parum omnino res ſucceederet: eodem Andronico Contoſtephano cum magni Daeis titulo præclariſque copiis adverſus illos miſſo, ingenti victoria potitus eſt: quum quidem Imperetoris injuſſu, qui ob fiderum poſitum paullo inclementiorem, aliud exſpectari pugnæ tempus voluerat, manum cum Dionyſio duce, viro forti ac ſtrenuo, conſeruiſſet. Ut autem felia hæc expeditio Contoſtephani fuit, ita parum omnino ſucceſſit altera, quæ contra Sultanum Ægypti eodem duce, rege Hieroſolymorum & Cypri Amerigo ſocio, ſuſcepta eſt: non illud quidem Andronici culpa, ſed ob perfidiam regis Amerigi, qui etiam aſtute impediit, quominus * Tamiathi ad eattemum redacti deditio fieret. Conſimiliter infelici conſilio Manuelus ipſe Sultano Iconii bellum fecie, quamquam is caſtitiſſet in Imperatotem longe ingratiſſimus, a quo per ſuos ditione ſpoliatus, humaniter exceptus, & ampliſſimis muneribus donatus fuerat, inque priſtinum imperium reſtitutus. Cæſæ ſunt inſignes hoc bello Romanorum a Tarcis copiæ, quibuſdam in faucibus, quæ Cliſure Zybriæ nancapaotur: Impemtor ipſe fortiſſime dimicans, toto corpore vulneribus adfecto, via incolumis evaſit. Sed tamen egregia virtus Joanois Batatzæ non multo poſt damnum hoc inſigniter refarcivit. Quum enim Atapetus Sultani juſſu cum

Perfidia regis Amerigi.

* al. Damiatæ.

Turcorum clades.

delectis Tuſcorum ccɔɔɔ ccɔɔɔ, & amplius, in fines Romanos ad ipſum uſque mare graſſatus immaniter fuiſſet, jamque Mæandrum fluvium infinita onuſtus præda tajicere conaretur: Batatzes diviſis copiis, ac partim io infidis abdnis, partim io ulteriorem amnis ripam evadere juſſis, eo loci redegit hoſtes, ut Atapato interfecto, ea tot millibus omnino pauci ad ſuos ſalvi reverterentur. Hoc facto Romanorum erecti ſunt animi, ac viciſſim barbarorum inſolentia repreſſa.

Edit. Paris. pag. 238.

Molitiones Manuelì contra Friderícum Barbaroſſam.

Quum autem ſtudioſe Manuelus ſecum potentiam nationum occidenalium, quæ regi Alemanorum parebant, expendiſſet: veritus ne illi aliquando ſuum imperium adoriretur, Romæ veteris Papam contra Friderícum regem concitavit, bortatus ut quod Pontifici deberetur imperium, uſurpari ab Alemanico principe nequaquam pateretur. Eodem pacto Venetos, Genuenſes, Piſanos, Anconitanos, & reliquos maris accolas ſibi conciliabat, ſacramento devinciebat, omnis generis officiis alliciebat, in arbe denique perhumaniter excipiebat. Quumque Mediolanenſium arbem ac manitiones everſas a Fridcrico accepiſſet, opem ac pecunias iis præbuit, quibus muros inſtaurarent. Montiſerrati denique ſibi Marchionem adjunxit, ejus filio Maria filia ſua in matrimonium conceſſa. Quo factum eſt, ut quum Fridericus Archiepiſcopo Moguntino, cancellario ſuo, in Italiam miſſo, Papæ urbes Italicas adimeret: Montiſerretenſis Manuelì largitionibus impalſus, Conradum filium cum copiis in Moguntioum ablegaret, a quo profligatir Alemanis, etiam ipſe Moguntinas inter alios captus eſt.

Qui monachos Manuelus horiit.

Quum autem Manuelus ſectatores vitæ ſolitariæ, propter poſſeſſiones & mundana negotia, parum religioni cultuique divino deditos videret: nullas eis vineas, nullos agros, nullas poſſeſſiones adſignavit: ſed ex fiſco tantum pendi juſſit, quantum ad victum cultumque corporis ſatis eſſet. Videtur nimirum cupidkatem immodicam ſtruendi monaſteria improbaſſe, ac poſteris exemplum prodere voluiſſe, quo pacto templa condenda, & quæ hominibus ejuſmodi ratio vivendi ſit præſcribenda. Tantum autem abfuit, ut eorum inſtitutum probaret, qui ſolitariam vitam profeſſi, & opibus adſluunt, & multitudine curarum magis diſtmbuntur, quam ii, qui bujus vitæ delicus occupantur: ut ſanctionem Nicephori Phocæ, fortiſſimi & cordatiſſimi Impemtoris, olim abolitam, de non augendis monaſteriorum latiſundii, quaſi poſtliminio revocarit. Mortuus eſt tandem, parum conſtientis ordinatiſque rebus imperii, quam aſtrologis fidem habuiſſet, qui victurum adhuc quatuordecim annos prædixerant. Imperavit aonos xxxvɪsɪ, tribus menſibus demptis: ad quod imperä ſpatium vetuſtum oraculum alludere videtur.

Phocæ imp. de monach.

Tal prehendet te poſtrema nominis.

Nam in Græco Manuelì nomine poſtrema ſyllaba tantum numerum complectitur.

A & o conficiunt xxxvɪɪɪ.

Succeſſit ei natus in purpum filius, nimirum Alexius Comnenus: cujus puerilia reipublicæ perniciosa fuit. Alexius enim Comaeous, Protoſebaſtus & Protovеſtiarius, mortui Manuelì patruelis Imperatrice ſibi conciliata, ſummam in gubernatione potentiam ad ſe traoſtulit: Imperetore per ætatem ad ſuſtinendam ejuſmodi molem prorſus inepto, ſeque tantam venationibus & equitationibus oblectante, quum etiam prave cæteroquin educaretur. Hac impulſus occaſione Andronicus & ipſe Manuelì patruelis, (nam eodem patre Alexio, Joannes Manuelì, & Iſaacius Sebaſtocrator Andronici pater, nati erant) homo longe vaferrimus pariter & crudeliſſimus, ſub aſtuto prætexta, quaſi rempublicam & Imperatorem vindicare vellet ab infidis Protoſebaſti, e Paphisgonia, quo ablegatus a Manuelo fuerat, propius ad urbem accedit: adjunctiſque ſibi viris in adminiſtmtione principibus redactum in poteſtatem Protoſebaſtum eacæcat: imperii procurationem io ſe transfert: Contoſtephanum & alios illuſtres viros oculis ſpoliat: matrem Imperatoris necat, confido crimine, quaſi ea Belæ regi Hungarorum, quo cum nupta ſoror Imperatricis erat, prodere Branizobam & Belligradum voluiſſet. Imperatorem ſe renuntiat, coronaque redimit: ac tandem conſequutus id, quod jamdudum animo ſibi deſtinaverat, Imperatorem Alexium capitis per ſummam injuriam damnanm, arcus nervo ſtrangulari jubet. Ejus interfecti latus pede tandit, ac parentum ipſius alterum ot perjurum & injurium, aleeram ut vulgati corporis mulierculam contumelioſe inſectatur. Hinc avulſum a corpore caput aliquo abjicitur, truncus in mare plumbo gravatus demergitur.

Alexius Comnenus Imp.

Andronici Comneni tyranni imperium, & fugitia.

Fuerat a prima ætate Andronicus inſignis ſcelerum artifex, multaſque facinorum ſuorum cauſſæ perpeſſus ærumnas erat. Nam initio conſpiratione cum Hungaris facta, Manuelum imperio dejicere conatus eſt: quarum inſidiarum convictus, in magni palatii cuſtodiam datus eſt. Acceſſit & alia captivitatis hujus cauſſa. Quippe Manuelo tres fuere fratres, Alexius, Andronicus, & Iſaacius: quorum duo priores ante patrem obierunt. Ex iis Andronicus tres filias ſuſcepit, Mariam, Theodoram, & Eudociam. Eudocia marito defuncto nefaria conſuetudine Andronici non clam, ſed palam uſa eſt. Quoties autem reprehendebatur ob inceſtum Andronicus, hanc deſenſionem per jocum uſurpabat: ſolere ſubditos principum mores imitari, & aquam ex eodem fonte petitam, eumdem ſaporem referre. Quibus verbis Imperatorem Manuelum perlringebat, qui cum ſrarris filia rem habebat. Ii ſales maximopere Manuelum pungebant, & mulieris cognatos in Andronicum incendebant. Itaque compactus eſt in vincula, ceu diximus: quumque diu quadam in turri jacuiſſet, animadvertit mentum in ea quemdam ſubterraneum, in quem ſemet abdit, obſtructo meatus foramine. Quum deinde carcerem ingreſſi cuſtodes hominem nuſquam reperirent, omnibuſque vils perquiſitis comprehendi non poſſet: uxor ejus in turrem, e qua maritus evaſiſſe putabatur, tamquam ſugæ ipſius conſcia, conjicitur. Andronicus e caverna ſe proripiens, & mulierem inopinato conſpectu terriram alloquutus, ex eo tempore diu cum ea vixit in carcere, Joannemque filium ibidem mater concepit, quem deinceps pater imperii conſortem fecit. Tandem elabitur, cuſtodibus propter mulierem factis negligentioribus. Sed turſus a milite quodam Nicææ caprus, in cuſtodiam priore acerbiorem, duplicibus ferreis compedibus oneratus, conjicitur.

Andronicus e carcere primum elabitur.

Hoc etiam carcere ſemet eripuit, & Galizam, quę toparchia Roſſorum eſt, ratione quadam hujuſmodi pervenit. Motbam fingit, ac puero peregrino, cujus opera in corporis miniſterlis utebatur, mandat, ut claves turris clam ſxreptas, militibus ob largiorem potum meridiantibus, cera exprimat. Illarum clavium exemplum Manuelo Andronici filio traditur, ut quamprimum tales fabricarentur, & in amphoras, quibus potas ad prandium ferretur, lineos funes, glomos, & fila tenuia conjiceret. Ita clauſtra noctu aperiuntur, & Andronicus egreſſus in denſo & alto palatii gramine, quo adire nemo ſolebat, ad tertium uſque diem delituit. Inde funibus per mœnia ſe demittit, & in naviculam conjicit. Deprehenſus a ſpeculatoribus, famuli perſonam ſimulat, ex diuturnis vinculis elapſe: de induſtria barbare loquitur: Græca multa ie non adſeqai fugit. Intervenit & Chryſopolus nauta quidam ex compoſito, datiſque muneribus impetrat a ſpeculatoribus, ut Andronicus tamquam ſervas fugitivus ſibi redderetur. Ita ſuas ædes ingreſſus, compedibus ſolutis, equo conſcenſo, Anchialum recta pergit. Quo quum veniſſet, a Pipace familiari viatico ſumpto, viæque ducibus, Galizam proficiſcitur.

Qui Galizam pervenerit.

Jam metu ſe liberatum putans, a *Ulachis qui fugam ejus ex fama cognoverunt, captus ad Imperatorem reducitur. Verum hoc quoque induſtria ſingulari rurſus elabitur. Simulato enim ventris profluvio, frequenter ex equo deſcendit, & alvi purgandi cauſſa ſecedit. Hoc dum noctu interdiuque ſæpius facit, cuſtodes hac ratione decipit: ſcipionem, cui velut æger innitebatur, in tenebris humi defigit, chlamyde veſtit, pileum imponit, ut hominem inflexis genibus cacantem repreſentaret. Id ſimulacrum intuentibus cuſtodibus, ipſe denſum quemdam ſaltum ingreſſus auſugit. Vix tandem illi dolo intellecto, conſectam viam repetunt, eadem & ipſum ſugere arbitrati. Verum is alio prorſus itinere Galizam pervenit. Ibi perhumaniter a præfecto excipitur, quem ita ſibi devincit, ut & ſe venatu ei adeſſer, & in Senatu adſideret, eodemque tecto & cibo uterentur.

* b.e. Valachis.

Hanc patruelis fugam & exſiliam ignominiæ ſibi eſſe ratus Imperator, ac longiorem ejus abſentiam ſuſpectam habens: (nam ingentem equitatum Scythicum cogere ferebatur, at Romanorum fines incurſaret) revocandum Andronicum cenſuit. Itaque fide data & accepta, hominem arceſſit, & Ciliciæ præficit, adjecto Cypri tributo, ad tumpexs facilius tolerandos. Eo profectus, infeliciter rem contra Toruſem Armenium gerit, prælis aliquot victus. Inde ſepoſitis bellicis occupationibus, totus amore Philippæ inflammatur, Petebini filiæ, cujus ſororem Manuelus Imperator non ita pridem duxerat. Hac fama Imperator attonitus, Andronicum ob inceſtos amores puniturus erat. Is vero Manuelli minas veritus, Hieroſolyma ſe confert: & ut homo luxurioſiſſimus, Theodoram Iſacii Sebaſtocratoris filiam inceſtat, Balduini Franci, qui Paleſtinæ nuper imperarat, viduam.

Amor Philippæ.

Incestus cum Theodora.

Altera hac plaga Manuelus accepta, miſſa ad Cœleſyriæ toparchas aurea bulla, mandat ut Andronicum, hominem inceſtum & ſeditioſum, capiant, vinculoque privent. Eæ litteræ Theodoræ redduntur, quibus illa lectis, chartam Andronico tradit. Is cognitis inſidiis Theodoræ fraude pellectam, ut ſe non longe comitaretur, ſeu volentem, ſeu invitam ſecum abducit. Quum varias regiones & regulos adiiſſet, tandem ad Sultanum, qui Coloniam, Chaldam & finitima loca tenebat, divertitur: ibique cum Theodora, & duobus ex ea ſaſceptis liberis, Alexio & Irene, ac Joanne procreato ex conjuge legitima, commoratur: donec ad Manuelum Imperatorem redit. Is enim Theodoram capere ſtuduit, illiuſque voti per Trapezuntis principem Nicephorum Pxlæologum compos factus, paulo poſt ipſum etiam Andronicum Theodoræ amore tamquam eſca illectum, & non mediocri piſcatorum, quos illa ei pepererat, deſiderio flagrantem attraxit. Miſſis enim ad Imperatorem legatis, delictorum veniam & fidem publicam poſtulavit: & utraque re impetrata, non multo poſt in urbem reverſus eſt. Inde Oenæum ablegatur, ut iſtic habitaret, & ex longinquis erroribus ſe recrearet. Eo loco degens, quum Manueli mortem, palatina diſſidia, luſus & equitationes Alexii, audiviſſet: ad urbem reverſus ea deſignavit ſacinora, quæ ſupra commemorata ſunt, tandemque malis artibus imperium in ſe tranſtalit, Alexio peremplo, qui annum ætatis decimum quintum nondum exegerat, trienniumque regnaverat.

Inceſtæ Andronici nuptiæ.

Iſta vero cæde perpetrata, ſponſam Imperatoria Alexii Annam, Francorum regis filiam, matrimonio ſibi jungit: nihil reveritur ſenex eſſetus ac vietus, uxorem ſobrihi adoleſcentulam, nondum annos xv natam per nefas amplecti. Deinde Nicæam, quæ mortuo Imperatori fidem ſervarat, toris viribus oppugnat. Erant in ea viri principes, Iſaacius Angelus, qui everſo Andronico imperium occupavit, & Theodorus Cantacuzenus, cum magna manu militum Andronico infeſtorum, & Turcorum quoque nonnullis copiis. Quum autem interfecto Cantacuzeno, animi Nicænorum fracti eſſent, auctore Nicolao pontifice pax facta eſt, & urbs dedita. Iſaacium Andronicus non incolumem modo ſervavit, ſed etiam divinx quadam impellente providentia collaudavit: quod maledirentem Cantacuzeni nno fuiſſet imitatus. Pruſam & Lopadium de cauſſis iiſdem obſeſſas, per vim cepit, ac immaniſſime in omnem ætatem ſexumque graſſatus eſt.

Nicæa obſidio.

Poſt hæc, Cyprum quidam Iſaacius, Iſaacii Sebaſtocratoris & fratris Manuelr Imperatoris ex filia nepos, xvertit: itemque Commenus Alexius, ejuſdem Manuelli ex fratre nepos, regem Siciliæ Guliel-mum inclavit, ut Dyrrachium & Theſſalonicam occuparet: quibus ſane captis, ingens a Siculis eſt exercita crudelitas. Hinc & Epidamnus, & Amphipolis, & Moſynopolis in hoſtium poteſtatem venerunt: Andronico per vecordiam & luxum ſuis non ſuccurrente. Hiſce malis in dies exgeſcentibus, de ſucceſſore ſollicitus eſſe cœpit Andronicus: quamobrem cognito per artes improbas ſucceſſurum ſibi quemdam, cui nomen eſſet Iſaacio: putabat ipſe

Guliel-mus Siculæ rex.

Digitized by Google

quidem illum Iſaacium denotari, qui (ceu dictum eſt) Cyprum occupaverat: familiares vero Iſaacium Angelum metuebant, Andronico prorſus adverſante. Quapropter conſilio proprio Stephanus Hagiochriſtophorites, immaniſſimus Andronici ſceleruin adminiſter, ad ioterficiendum Iſaacium ſemet accinxit: qui tamquam io re deſpetata, Stephanum antevertens, ſua manu confecit. Deinde ad magnam eccleſiam ſe recipiens, populi confluentis opem implorat. Is vero magis ac magis ſemet armans, Iſaacium Angelum Imperatorem proclamat, & ad palatium deducit. Inde miſſi ſatellites, qui Andronicum fugientem perſequereotur. Pervenerat ille cum Anna conjuge, ac ſcorto quodam Chelen, ad Tauroſcythas illinc trajecturas. Sed matinis tempeſtatibus aliquocies in littus ejectus, a perſequutoribus comprehenſus eſt.

Iſacius Angelus Imp.

Andronici ſupplicia.

Ad Iſaacium perducto, poſt varias contumelias, dextera præciditur. Poſt aliquot dies altero oculo effoſſo, ſcabioſo camelo impoſitus, per forum triumphi ſpecie traducitur. Tum vero nonnulli clavas in caput ejus impingere: alii ſtercore naſes ejus fœdare: alii ſpongias excrementis hominum pecudumque repletas in faciem ejus exprimere: alii verbis obſcœnis parentes ipſius inſectari: quidam verubus latera pungere: ſcortum denique quoddam impudens oliam ferventi aqua plena in faciem ejus effudit. Hoc modo deductus in theatrum, pedibus ſane colligatis ſuſpenditur. Interim ipſe clamabat, Domine miſerere: item, Quid calamum contritum infringitis? Nec adhuc contentus erat vulgi furor, Androoico ſuſpenſo. Nam lacerata tunicula, virilia ejus vexata ſunt: & quidam inngum eoſem per fauces ejus ad inteſtina uſque trajecit. Duo quoque Latini geneſis, enſes ambabus manibus in ntes ejus adegerunt, ut periculum facerent, uter eſſet acutior. Poſt tot ærumnas ægre vitam abrupit, dextera cum dolore ad os admota: ut multi putareot, aum calidnm ex ea ſanguinem ob recentem plagam adhuc deſtillantem, exſugere. Imperavit annos duos, quam antea quoque rerum potitus eſſet unius anni ſpatin, ſine purpura & diademate. Poſt ejus mortem filii quoque, Joannes & Manuelus, cæcati perierunt.

Hinc Iſaacius in profligandos Siculos intentus, qui jam Conſtantinopoli eriam imminebant, copiis ſuis Alexium Branam ducem præficit. Is bello feliciter adminiſtrato, præter ſpem omnium Siculos delet, urbeſque captas recupetat. Periere Siculorum in bello ſupra eccxo, in carceribus autem frigore ac fame ad quatuor millia. Duces etiam capti ſunt, Richardus & Baldumus, una cum Alexio Conneno, belli auctore, cui mox oculi ſunt effoſſi. Secundum hæc infeliciter tentata Cyprus, & ſequuti motus * Ulachorum nationis: adverſus quos nihil recte geſtum a Joanne patruo Imperatoris, nec a Joanne Cantacuzeno. Miſſus autem ad debellandos eos Alexius Branas, imperio adfectato, Conſtantinopolim reverſus obſedit. Verum noo multo poſt, irrito conatu, cæſus eſt per Conradum Marchionem Montiſferrantenſem: cui Cæſaris honorem Impetator detuletat, viro valde ſtrenuo & forti, maximis largitionibus ex Italia Conſtantinopolim evocato, ut Theodorum Imperatoris ſororem matrimonio ſibi juogeret. Ejuſdem ſupra quoque facta eſt mentio, quod Moguntinam prælio victum ceperit. Mortem oblit immaturam, per fraudem a Chaſio quodam occiſus in Palæſtina, abi præclarum virtutis & prudentiæ ſpecimeo, Joppe (quam ouoc Acconen vocant) & aliis oppidis expugnatis, magno cum terrore Sarracenorum ediderat. Duraote adhuc bello contra Ulachos, Theodorus Mangaphas, quem Morotheodorum deinceps vocarunt, occupata patria ſua Philadelphia, fruſtra imperium adfectavit, in perpetuos carceres deinceps incluſus.

Siculorum clades.

* qui nunc Valachi dicuntur.

Conradus Montiſferratenſis, vir egregius.

Fridericus quoque rex Alemanorum expeditioem ſuſcepit, ad eripiendam Saracenis Ægyptiis Palæſtinam. Hoc ejus iter Iſaacius cootra fidem datam impedire conabatur, ſed quum nihil efficere ſe videret, tandem liberum Alemanis trauſitum conceſſit. Enituit tum erga peregrinor inſignis Laodicenſium hoſpitalitas: quapropter iis Alemani fauſtiſſima quæque ſunt a Deo precati, & Fridericus ipſe manibus oculiſque ſublatis in cælum, genibus humi flexis, oravit, ut quidquid vitæ prodeſſet, quidquid animis ſalutem adferet, a Deo gubernatore hujus univerſitatis impetrarent. Adjecit hoc quoque, ſi reliquæ Provinciæ Romanorum tam benigne Chriſti milites excepiſſent, ſe illis & opes ſecum allatas perlubenter fuiſſe daturos, eommeatu pacate accepto, & fines Romanos jampridem tuſſe tranſituros, haſtis nullius Chriſtiaoi ſanguine contaminatis.

Expeditio Friderici Barbaroſſæ in Palæſtinam. Hoſpitalitas Laodicenſis.

Edit. Pariſ. pag. 341.

Quum autem Fridericus ingreſſus agrum Iconienſis Sultani, qui & ipſe pactum ei tranſitum conceſſerat, contra fidem datam violaretur, duobus prælliis Turcos, ad Philomelium, & Cingularium ſic proſtravit, ut & celebris & formidabilis apud orientales nationes evaderet: præterea poſteaquam non longo temporis iotercjecto ſpatio conſimilibus eotdem cladibus apud ipſum Iconium adfeciſſet, quod ei ſe mox dedidit. Urbe potiti Alemani, tectis ſubiubanis contenti, & commeatu ſaltem ablato, citra maleficium diſceſſerunt. Hinc ab Armenns honorifice ſuſcepius, Antiochiam ire in animo habebat: augeſcente in dies viri gloria, & nomine illuſtrato, tum ob prudentiam, tum propter invictum exercitum, ita ut oullus hoſtis cum eo cougredi auderet. Quum autem ad fluvium quemdam perveoiſſet, vorticibus aquarum ſuffocatur, vir honeſta & perpetua memoria dignus, & judicio prudentiuni vel in tali obitu felix: non eo tantum, quod nobili ortus genere, avitum imperium in multas gentes obtinuit: ſed ob illad potius, quod ultra omnes omnium gentium Chriſtianarum principes Chriſti deſiderio flagrans, patria, deliciis regiis, tranquillitate, beata domi ſuperbaque cum cariſſimis vita deſpectis, cum Chriſtianis Palæſtinæ incolis ærumnas tolerare maluit. Patre mortuo, filius Laodiceam io Cœleſyria, Berytum, aliaſque civitates Syriæ tubegit, ac pluribus pro Chriſti nomine laboribus exhauſtis, extremum ad Aeconem, quam obſidebat, vitæ diem claſit. Exercitus reliquus navibus ſuorum Tyſi conſcenſis, incolumis ad ſuos rediit.

Turci Sidetenſes cæſi.

Friderici mors, & elogium e Niceta Græco petitum.

Nec Alemani dumtaxat hoc tempore Saracenis, qui Palæſtinam occuparant, arma intulerunt: ſed etiam Francorum * Anglorum que teges magnis claſſibus Tyrum appulerunt. Quumque Saracenos nec ipſi urbe ſancta pellere poſſent, infectis rebus domum reverterant. In itinere tamen Anglus Cyprum occupavit, capto Iſaacio Comneno Tyranno, de quo ſupra diximus: inſulamque pro ſua Hierotolymitauo regi donavit, ot ibi amiſſo segno habitaret. Cæterum non crebræ tantum ſeditiones multorum, qui adfectabant imperium, Iſaacium exercebant: ſed etiam Ulachorum natio progreſſa, municas nrbes iovadebat. Aochialum enim vaſtabant, Varnam ſubigebant, Triaditzam ſive Sardicain delebant, Stumpio cives efficiebant. Tandem in expeditioue cnotra Ulachos, magnifico cum upparatu ſuſcepta, quum venationi eſſet iotentus Iſaaclas: Ab Alexio fratre, de quo non tantum nihil mali ſuſpicabatur, ſed etiam ſummam ſibi caritatem obſervantiamque pollicebatur: & oculis, & imperio ſpoliatus eſt. Imperavit annos sx, menſes VIIS, noodum anno XL natus, quum ſegnum amitteret.

Francos & Anglos in Palæſtinam abeunte. * al. Ingloro.

Cyprum Anglus occupat, & alicni donat.

Alexius Coomenus Imp.

Alexius Imperator in caſtris deſignatus, omiſſo cootra Ulachos bello, Conſtaotinopolim redit: ubi quum inauguratus eſſet, quoddam memorabile contigit. Templo enim egreſſus, quum conſcenſurus eſſet equum Arabicum: ſeſſorem ille non volait admittere, ſed oculis ſanguine ſuf-

Omen infelix imperii.

ſuffuſis, auribus erectis, crebro ſolam pulſans, & anterioribus ungulis cum fremitu ſublatis, indicium præbuit, quaſi Alexium tergo recipere dedignaretur. Ubi vero poſt multos poppyſmos & cervicis palpationes placatus, crebros illos gyros & calcitrationes omiſſurus videbatur: Imperator in eum inſiluit, & habenas prehendit. Nihilominus ille ferocit, nec prius importune ſaltare deſiſtit, quam gemmata corona capite Imperatoris excuſſa, & ea parte comminuta, ipſum quoque dejeciſſet. Allo equo adducto, fracta coſona ioauſpicatam omeo vita eſt imperii cladium non expertis, & imminentis ruinæ, noxæque hoſtilis. Poſt hæc Imperator Angeli cognomento, ſive ac humiliore, ſive ac abolendo cum fratre, repudiato: Comnenus appellari voluit. Tota ejus vita mollis fuit, & perpetuo ſecors ingenium. Omnia de Imperatricis ſententia fere gerebantur, cujus & virilis erat animus, & providentia ſingularis: ſed impudica plane vita, quæ ſane infamia maritum quoque dehonestabat.

Mutatio animi.

Hoc tempore rex Alemanorum * Ammerigus, Fridatici filius, paterno principatu ſuſcepto, Siciliæ, & Italiæ ſubactis, Græcos laceſſebat: quamquam ab adverſario ſuo, Papa Romæ veteris, ab inſtituto retraheretur. Poſtulabat autem ſibi per legatos reſtitui Romanas provincias ab Epidamno Theſſalonicam uſque, tamquam belli jure nuper a Siciliæ rege ſubactas, cui nunc ipſe ſucceſſiſſet. Addebat offenſas paternas, quod Imperator Manuelus Papam Romæ veteris contra Fridericum concitaſſet & armaſſet. Itaque denuntiabat, Romanis aut pacem maxima pecunia redimendam, aut bellum ſtatim toleradum. Quæ autem pecunia pacis nomine quotannis pendi deberet, auri centenarius quinquaginta principio æſtimata, poſtremum ad centenarios XVI redacta eſt: quos ut Alexius exſolveret, Imperatorum ſepulcris ſpoliatis, ad LXX centenarios argenti, & auri nonnihil corraſit. Verum aure, quam pecunia mitteretur, Alemaniæ rex naturæ debitum perſolvit: quum graviſſima in Siculos, qui ſeditionem concitarane, animadvertiſſet. Factionis quidem principem & regem delectum corooa juſſit ahenea redimiri, quæ quum haberet quatuor foramina, per ea totidem clavis capiti ejus eſt adfixa. Quod ubi factum fuiſſet: Habes, aie Ammeticus, coronam quam venatus es. nemo tibi hanc invidet. Illa vero mox nborta vertigine, hami prolapſus, exſpiravit. Capta Sicilia, cum cæteris Irene Iſaacii Imperatoris filia captiva eſt abdacta, & deſponſa fratri regis Alemaniæ Philippo, amiſſo priore conjuge, qui poſt obitum Tancredi pactis Siciliæ regnum obtinuerat.

* al. Henricus Friderici F.

Qui ſeditionis auctor puoitus.

Sequuntur ſunt deinceps graviſſimæ Conſtantinopolis clades. Nam Iſaacius pridem Imperator cum Latinis arcana conſilia de ulciſcendis injuriis, & evertendo fratre Alexio conferebat, litteris ad Irenen filiam miſſis, Philippi Alemanorum regis conjugem, quibus eam adnpem ſibi ferendam inſtigabat, atque inde litteras recipiebat, quibus quid agendum eſſet, monebatur. Deinde filius quoque ipſius Alexius, cuſtodia eductus, libere quo libuit ambulavit: quapropter de conſilio patrerno, Piſani cujuſdam ope, perductus in Siciliam, ſorori indicarur: quæ juſto præſidio miſſo, fratrem amplexa, maritum Philippum orat, ut patri ſuo virili opem ferat, & fratrem quoque juvet, exſulem & extorrem.

Mollitiem Iſaaci excuſatio.

Acciderunt & alia mala. nam quum Venetia mercatoribus ex avaritia miniſtrorum Imperatoris & cognatorum adimerentur priſcu quædam privilegia, Piſanique ipſis præferrentas: a Græcis paulatim abalienati, ſe viciſſim eis per occaſionem ægre factaros oſtendebant. Itaque Dux eorum Ericus Dandulus, vir prudeus, ac provectæ admodum ætatis, de auxiliis aliorum adſciſcendis cogitat, quos norat a Græcia diſſidere. Quumque tempus ipſum nobiles quoſdam toparchas, qui Palæſtinam viſere cupiebant, ſponte obtuliſſet: ſocietatem & fœdus contra Græcos coit. Erant ii, Montiſferrati Marchio Boniſacius, Flandriæ Comes Balduinus, Comes S. Pauli Ericus, Pleæ Comes * Doloicus, & alii complures audaces bellatores. Claſſe pet integrum triennium fabricata, Alexius Iſaacii Angeli F. litteris veteris Romæ pontificis, & Alemaniæ regis inſtructus, cum aliis ſe conjungit, & pecuniarum acervis ipſorum animos expleturum ſe pollicetur, ſi paternum imperium ſibi reſtituerent. Idem ſacramento promittit auxilium contra Saracenos, Latinorumque religionem amplexus, privilegiorum papalium renovationem, & Græcorum inſtitutorum mutationem pollicetur. Hoc modo factum, ut Byzantium obſideretur, Alexius fruſtra teotatis armis Debeltum profugeret, poſt VSSS Imperii annum Iſaacio & ejus filio Alexio imperium deferretur, Latini rapinis, incendiis, ferro in Byzantinos captos crudeliſſima graſſarentur.

* Lodoicus.

Byzantii obſeſſio.

Inter magnas autem ſeditiones urbanæ plebis, imperio rurſum Angelis erepto, Alexius Ducas, cognomento Murtzuflus ſive ſupercilioſus, Nicolaam Canabum Imperatorem a populo deſignaram capit, itemque redacto in poteſtatem ſuam Alexio Iſacii F. ſibi vindicat imperium. Quum bis Alexin veneoam propinaſſet, quod ille tum ætatis robore, tum antidotis clam ſamptis vicerat: laqueo tandem el gattur elidit, menſe imperii ſexto, die octavo. Verum oe Murzuflus quidem ultra duos menſes & XVI dies imperio potitus eſt, expugnata rurſum a Latinis urbe: qui ea capta, de ſuorum procerum numero Balduinum Flandriæ Comitem communibus ſuffragiis Imperatorem deſignarunt, agentem annum ætatis XXXVI, virum pium, modeſtum, adeo pudicum, ut mollierem inverecunda non adſpiceret, quamdia a coojuge aberat, & bis qualibet hebdomade veſperi proclamari jaberet, ne quis in ſuo palatio cubaret, qui alienam mulierem attigiſſet.

Alexius Ducas Murtzuflus Imp.

Balduinus Flander Imp.

Murtzuflus puter.

Murzuflum hoc imperante Alexius Iſaacii frater, quem Conſtantinopoli relicto imperio profugiſſe diximus, dolo comprehenſum luminibus orbavit: neque multo poſt excæcationem idem Murzuflus in Latinorum manus delatus, Byzantium reducitar, & ob Dominum Imperatoremque ſuum Alexium Iſaacii F. laqueo ſtrangulatum, in judicium vocatus, capitis damnatur, eoveque ſupplicii genere adficitar. Nam in altiſſimam columnam perductus, inde præcipitatur: & aliquamdiu in pedes deſcendens, deinde in caput ſubverſus, & humi allitus, miſerabilitet interiit.

Balduinus a Ulachis capitur.

Adrianopolim quum obſideret Baldalnus, Joannes Ulachorum princeps Latinis in Inſidias pellectis, egregia potitus eſt victoria, cæſo Lodnico Pleæ comite, Balduino capto, Dandulo & Herrico Balduini fratre propter acceptam cladem fuga ſibi conſuleotibus. Hinc factum Constantinopoli decretum, quo Latini promulgarunt, ſe oemini popularium ſuorum inauguratioeno regni cooceſſuros, niſi morte Balduini prius explorata. Quumque hoc modo annum onum & menſes quatuos rempublicam ſine Imperatore adminiſtraſſent, audito ejus interitu, Herricum fratrem Imperatorem declarant. Eſt autem Balduinus ab Joaone Myſo crudeliſſime necatus, quum pedibus & manibus amputatis, reliquum truncum in Vallem profundam abjici jaberet, ubi tertio demum die volucrum eſca miſerabilites exſpiravit.

Herricus Imp.

Herricus imperio potitus, quum ex ſolis Oreſtiade relictis, Scytharum & Ulachorum exercitus denuo egredi audiiſſet: non ho-

Dandulus Venetorum Dux.

Glycæ Annal.

ſtium multitudine territus, nec ſuperiorum bellorum cladibus conſternatus, eaire non dubitavit, ut & ſuos conſervarer, & Græcorum reliquiis ſubveniret. Igitur Adrianopolim proſectus, quum Ulachos Latinorum conſpectu, audaciam uſitatam & rei militaris habitum etiam poſt illas ſtrages retinentiam, territos vidiſſet: uſque ad Crenam & Boream eos eſt perſequutus. Inde per Agathopolim, Anchialum uſque progreſſus, ibique caſtris poſitis, & multis rebus geſtis, inde pecunias, homines, pecudum greges, & armenta cepit, ſalvus Conſtantinopolim rediit.

Herricus Ulachos fugat.

Theodorus Laſcaris Imp.

Interea veto, dum Conſtantinopoli regnaot Latini, Theodorus Laſcaris, Alexii Comneni Imperatoris gener, in Aſia ſibi uſurpat imperium, quam occupare Latini propter Ulachorum bella non poteraot. Quum autem Alexius Theodori ſocer ex Europa in Aſiam profugiſſet, ad Jathatinem Soltanum, Attaliæ principem ſeſe contulit, ut ejus ope genero pulſo, rerum ipſe potiretur. Sed irritus hic conatus fuit, Jathatine manu Theodori fortiter prælientis interempto. Quum annis uvstt. Theodorus imperaſſet, naturæ debitum perſolvit: Joanne Duca, qui filiam ejus Irenen in matrimonio habebat, ſucceſſore deſignato.

Joannes Ducas Imp.

Robertus Imp.

Herrico autem Imperatore mortuo, Robertus imperio potitus eſt, ejus ex Jolanta ſorore nepos: qui fruſtra Joannem oppugnavit, trajectis in Aſiam copiis Laſcarum duorum cauſſa, qui ſe Joanni putabant omnino præferendos eſſe. Paulatim vero potentis Joannis crevit, in Europam Thraciamque Roberto parentam trajicientis: unde factum, ut e Bulgaria legati ad eum mitterentur, tam pacis expetendæ cauſſa, quam ut Imperatoris filio Theodoro, Helenæ Aſanis junioris, Balgarorum principis, filiæ nuptias offerrent. Ea legatio rata fuit, & congreſſi circa Cherſoneſum Imperator & Aſan, Helenam Aſanis F. decem annos natam, Imperatoris filio impuberi adhuc, Theodoro Laſcari juniori, deſpondent. Is deinceps mortuo patri, qui uxxtss. annis regnavit, in Imperio ſuffectus eſt: neque diu rerum potitus, Joanne filio, ſex annos nato, hærede relicto, vivendi finem fecit.

Theodorus Laſcaris junior Imp.

Michaelus autem Palæologus, qui jamdudum etiam vivo Theodoro res novas molitus fuerat, in ſe rerum ſumma translata, Joannem oculis ſpoliat. Recuperavit idem Conſtantinopolim, cui tum quartus ea Flandris Imperator præerat, Balduinus ſecundus, Roberti jam mortui frater. Inque rurſus Imperii forma quædam per Michaelum eſt conſtituta, Latinis prorſus ex Græcorum ditione pulſis, præter exiles reliquias, in Peloponneſo adhuc hærentes. Quumque non rutum, nec paci accommodarum eſſe videretur Michaelo, turham opificum & mercatorum ex Veneris, Piſaniſque conſtantem, quæ pulſis Latinis remanſerat, intra urbem una cum Genuenſibus, perpemis ipſorum hoſtibus, degere: Galatam Genuenſibus aſſignavit, e regione ſitam, mercium immunitate conceſſa, quam antea quoque promiſerat, arbe nondum potitus, ſi per eos in illa recuperanda juvaretur. Mittebantur his magiſtratus domò certis temporibus, qui jus dicerent, ſuiſque præeſſent. Ac Veneti quidem ſuum appellabant Balivum ſive curatorem, Piſani Conſulem, Genuenſes Poteſtatem.

Michaelus Palæologus Imp.

Conſtantinopolis recuperatio.

Balduinus Flander, periculo Conſtantinopolitano liberatus & elapſus, in Italiam quum perveniſſet: cum rege Neapolitano Carolo, Gallorum regis fratre, qui Conradinum Suevum legitimum ejus hæredem regni trucidarat, affinitatem junxit: illius filia filio ſuo deſponſa, ſperans ejus opibus ſe Conſtantinopolim recuperaturum. Sed ea cupiditas atque conatus irritus omnino fuit. Imperante Palæologo, xxv die Maii, anni ſɔɔ eſɔ ſɔ ee Lxxv, ſub horam ante meridiem tertiam, luna ſolem obſcuravit, fuitque tota eclipſis punctorum fere xrs. Tantæ autem ſub ejus medium ortæ ſunt tenebræ, ut multæ ſtellæ apparerent: quæ nimirum maximas Romanorum calamitates, a Turcis imminentes portendebant. Secundum hæc Imperator Andronico filio Annam Pannoniam deſpondet, ſimulque ipſum inſignibus imperii ornat, quum promiſiſſet dato jurejurando, ſe pia veneraturum eccleſiam, & privilegia ipſius inviolata conſervaturum: patri autem numquam inſidiaturum.

Eclipſis ſolis.

Quum autem Carolus rex Neapolis magnos apparatus faceret in gratiam Balduini Flandri, Palæologus domeſtica in illum bella commovit, magna pecunia finitimis, Siculo rege ac Venetis, ad bellum illi faciendum conciratis. Præterea legatos ad Papam mitrit, de inunda veteris & novæ Romæ eccleſiarum concordia, modo is Caroli expeditionem averteret. Ea legatione a Papa benigne audita, concordiæ rationes initæ ſunt, cujus hæc fuere capita: Primum, ut in ſacrorum voluminum hymnodiis, Papæ cum quatuor Patriarchis mentio fieret. Alterum, ut liceret cuivis Romam veterem, quæ curia major & perfectior eſſet, appellare. Tertium, at illi principatus in omnibus deferretur. Huic concordiæ principio Byzantini adverſabamur, ſed paularim mitius ſenſere, poſtea quam Joanni Beco Chartophylaci fuiſſent exhibiti Blemmydæ Nicephori libri, qui de iiſdem adverſus Latinos controverſiis Joanne Duca imperante conſultus, multa ſcripſerat. Hoc modo factum, ut Becus, qui dudum acerrime Latinis adverſabatur, mutata ſententia, victoriam faceret ambiguam, patriarchicoque ſolio conſcenſo, ad intimam Imperatoris amicitiam admitteretur.

Qui Carolum Imperator profligavit.

Palæologi cum Papa concordia.

Becus qui Patriarcha factus.

Mortuo autem Michaelo, Andronicus filius in imperio ſucceſſit: quo regnante, Turcorum princeps, Carmanus Aliſurius, Sarchanes, Calames, Cerafus, Atman, (qui & Otomanus) Amurique filii, provincias Aſiaticas Græcis ademptas, inter ſe partiti ſunt. Adverſus hos arceſſiti ſunt ex Hiſpania Catelani Ronzerio Duce, magnis promiſſis præmiis, ſi Turcos a Græcorum finibus averterent. Quum autem ea contra Turcos feliciter geſta, non numerarentur eis ſtipendia, de quibus convenerat: converſis in ipſos Græcos armis, Aſiam depopulari, rurſus in Europam trajecerunt. Quumque Calliupoli occupata, Ronzerium Cæſaris honore prius ab Imperatore ornatum, ad poſtulanda ſtipendia ſua Oreſtiadem, ubi Michaelus Andronici F. Imperator deſignatus id temporis agebat, ablegaſſent: juſſa Michaeli Ronzerius ad ipſam regem Græcis a militibus eſt interemptus. Qua cæde nuntiata, Catelani ſeſe bello parare, Græcorum bona diripere, Thraciam pervagari, Michaelum aperto prælio ad Aprum (oppidi hoc in Thracia nomen eſt) ſternere, victoria freti Macedoniam invadere, ſuperatiſque montibus & convallibus, quæ Tempe nuncupantur, in Theſſaliam irruere. Quum autem minime laceſſendos Theſſali Catelanos ſtatuerent, datis pecunlis & viæ ducibus impetrant, at eorum finibus excederent.

Andronicus Palæologus Imp.

Catelanorum res in Aſia & Græcia geſtæ.

Igitur in Bœotiam delati, ab Athenarum Thebarumque Duce tranſitum per ejus fines pacatum petunt. Ille cum faſta & deriſa Catelanis eorumque poſtulatis ſpretis, per autumnum & hyemem vires ſuas ad ver uſque colligit. Itaque Catelani veris initio non procul a Cephiſo flumine caſtris poſitis, hoſtem opperiebantur. Erant eorum equites cɔɔ cɔɔ erɔ rɔ, peditum esɔ crɔ csɔ crc. Dum hoſtium adventum exſpectant, omnem illam terram arant, ubi

Catelanorum ſtratagema.

pugnare decreverant: deinde obducto vello, & actis fluminе foſſis, totem planitiem ſic irrigant, ut ſtagnaret. Vere medio regionis principes cum magnis copiis aderat, equitum ɪɔɔ ɛɪɔ ccc, peditum amplius ɪɔɔ ɛɪɔ cɛɔ cɛɔ ducens. Et erat ipſius opinio erroganti aque longe major. Sperabet enim, ſa Catelanis victis, omnie Byzantium uſque ſuam in poteſtatem redacturum. Quumque planiciem inter ſuos & hoſtes interjectam, multo gramine virentem conſpexiſſet, nihil eorum quæ ecta etant, ſuſpicatus: eum equitibus in eos ſertut, extra campum in procinctu ſtantes. Sed priuſquam Attici mediam ad planiciam pervenirent, equi veluti vinculis impediti, madefacta terra ad greſſum eudaciorem ſebſidente, partim una cum equitibus in luto volutantur, partim ex curſis temere in compo ſeruntur, partim pedibus demerſis ordine aditabant. Quibus tebus enimati Catelani, telis hoſtes circumventos internecione delent, & cum equitatu fugientes Thebas ac Athenas uſque perſequuti, urbes ipſas cum opibus, uxoribus, & libetis hoſtium ex imptoviſo capiunt.

Clades Athenſium ducis.

Thebis & Athenis Catelani potiuntur.

Cæretum mortuo filio Michaelo, Andronicus nepotem ex eo ſuum, Andronicum juuinrem, longe ſibi cariſſimum, Imperatorem deſignavit. Is vero dominandi libidine ductus, evum longo tempore vatiis ærumnis exercere non deſiit: donec ei tandem impetium extorqueret. Quo facto, cuſtodiebatur in Patio ſenior Andronicus præque ſemo perpetuiſque moleſtiis & lachtymis amiſſo viſu, quorundam auliconum intemperiа poſtremum habitu monaſtico induitur, mutatoque nomine, deinceps Antonii appellationem accipit. Poſteequam ed ſe tranſtuliſſet imperium Andronicus junior, lutellecto, Nicæam ab Orchane Turco, Bithyniæ principe, obſidem: trajectis in Aſiam copiis, hoſtem adortus, inſigni e lade adficitur, mexima ſuotum parte amiſſa. Eodem Andronico imperante, Serviorum quoque natio Cralem (hoc eſt, regem) ſuum, qui diutiſſime regnarat, ab adminiſtratione removet. Deinde filio patri ſubſtituto, ſenem in carcere ſuffocat: invito forcaſſis illo, ſed tamen cooniventa ac tacente.

Andronicus junior, ava detruſa imper.

Crales a ſuis necatur.

Pag. eadem. ἱερομόνου, F. ἱερομόνου τεμένους ἁγίας, ita etiam F. ſed legendum videtur unica tantum dictione τεμενοστεφάνου. ὁ γὰρ τῆ Μαγγάνων μονῆ καὶ οἱ ξενῶνες. Κατ' ἐκεῖνο δὲ καιρὸ. Cætera ad finem uſque deſunt in Codice Vallicellano, quæ ex Auguſtano ac Bavarico edidimus comparata cum F.

Pag. 249. Pro εἰδίωτον, F. τιμῶν ἀγωγὴ, & pro αὐτοκρατορίαν, αὐτοκρατόρων. φαβρίξιδα.

Pag. eadem. ſcribe φαβρίξιδα.

Pag. eadem. Δλικωμένον δὲν habent codices Auguſtanus, Bavaricus, & F. Leunclavius vertit deliciis affluentem, inquit Vangnereckius noſter, videturque in ſuo codice legiſſe δλικωμένον ἀπὸ τοῦ λακτίζειν quod eſt frangi, quaſi dicas vitam deliciis tractam: quod ſi quis malit δλικωμένον, deſivarim illud a ſimplici λακίω vel λακίω quod ſignificat ſordium edere, ut ſit vita divitiarum ac poſſeſſionum negotiis ſtrepera, quæ quidem ſententia magis præpedito quadrat, innuitque præcedens αὐτομοιῶς. Hæc ille.

Pag. 250. ἄχος καὶ δελείνου, F. Θεσσαλονίκης.

Pag. 251. Μόλυνε legit quoque F. & μετεπιμανδόσα Ξίφου.

Pag. 252. Monendus Lector poſt Ἰωάννου, & ante Ξιφιλίου, notam in MSS. reperiri, qua μεγάλη paſſim deſignatur.

Pag. 253. φρὸς τὴν ζαπετίδα ἐκείνην Leunclavius vertit ad Imperatricem, rectius forte, ad Regiam urbem, id eſt CP. ſæpe enim ab hoc noſtro aliiſque recentioribus Græculis ἡ βασιλὶς appellatur. Deleoda vero ſunt hæc verba, forte Helenopolis, quæ urbs eſt Bithyniæ: clarus enim erat ille locus multis nominibus. ἐτιμάσθη, F. ἐτιμάσθη.

Pag. ead. initio: ὀνόματι λοιπὸν καὶ ὁ τῆ βασιλέως σωμφοία χαρὶ, male ſeddit Interpres. Quapro-

ptet omnes auxiliares Imperatoris copiæ simul pedem referebant. Legiones eo discessu conspecto &c. nescisse videtur quid σπασία hoc loco significaret: aut certe dicendum legisse σμμαχία non σπασία, ut habent codices Glycæ MSS. Aug. Bavaricus & Fontisebraldensis. Sic enim ista mihi explicanda videntur: Cumque insuper Regium Imperatoris vexillum retro flexissent, Legiones eo visio &c. a Joanne Scylitze res ita narratur: ἐξῆ δὲ πάντα καὶ ἡ βασιλικὴ συμμαχία ὑπερ ἓξ που ἐτῶν μεταβάσα παρήγγελτο. οἱ δὲ πεζοὶ καὶ φαλάγγας ἔχοντες ἐφεστήκεσαν. His de causis conversio regio signo præcepit milites redire. Verum il, qui procul phalanges habebant &c. Quid σύμα, σπασία, συμμαχ, σμμαχία, cæteraque ejusmodi significent in rebus militaribus, docent Svidas, Meursius, aliique Lexicorum Glossarumque scriptores. πεζοὶ, F. πεζάκαι ἀντικρυ, F. πεζάρια. ἄλογα γάρμα. Augustanus legit ἄφορα.

Pag. 254. ubi Andronici in Diogenem barbarum, ac crudele facinus narratur, variant codices, ὁ Ἀνδρόνικος τὸν μίσανθρα habet F. ὁ πονηρὸς Leunclavius: sic enim interpretatus est, nulla morbi quo laborabat ratione habita, at Augustanus ac Bavaricus exhibent τὸν longe aptius, ideoque sic concipienda loci illius versio: Diogenem Andronicus secum abduxit, vilique jumento impositum, acerbam de reditu mentionem injiciens, per ea loca traxit, in quibus antea ut Deus habebatur. Et verso oostra hæc sententia firmatur auctoritate Joannis Caropalatæ, ex quo sua haud dubie matusrus est noster Glycas: τὸν δὲ Διόδε μαντευσάμενος ὁ Ἀνδρόνικος, ὡς τὰ ἐξῆς ἅπαντα ἐκ τοῦ ἀνδρὸς ἐκείνου ἐπιτελούμενα ἐθεάσατο, ἐπὶ τὸν Καισαρέα ἐπιστρατεύσας ἐκεῖνον ἐκ τῆς μάχης ἀναστρέφοντα. excidit enim e fine vocalis prima incuria Typothetarum. *Edit. Paris. pag. 378.*

Pag. 255. ὅπως ὁ Ἰσαάκιος γένηται, reddit Leunclavius: Quum Isaacius pretio numerato redemptus fuisset: ego vero vertendum arbitror; cum tamquam venalis certo pretio addictus fuisset, sive emptioni expositus. Si enim jam redemptus fuerat, cur alius in ejus locum Dux copiarum delectus Joannes Cæsar ἐπὶ τὸν τοῦ βασιλέως κατασταθῆναι, F. τὸν βασιλέα. παρὰ τὸν Ῥωβέρτ, F. παρ' τὸν Ῥωβέρτ. Quid sit φωνάς, ex sequenti voce καὶ τὸ μετωπιαῖον haud ægre intelligi potest. Certe simda etiam apud Latinos martupium cremandæ significat, ut docet Meursius, prodatis in Glossario Græcobarbaro Macrobii & S. Bonaventuræ restimonlis, quibus & alia adjungi poterant. Gsbius interpres Joannis Curopalatæ reddit Officinam, & paulo post τὸ φουντικὸν forum venale. R. P. Jacobus Goar explicat φωνδάκιον mensam sive negocialem argentariam, officinam usurariam ab Italis fundaco, ἀπὸ τοῦ φωνδὰ n fundo id est summa pecuniaria voce Græcis Jureconsultis nota dictam. De Pinace vero, seu Pinacio, videamus quid Scylitzes, Zonaras, nosterque Glycas referat: Ac primo quidem Curopalates Μιχαὴλ γάρ τοι αὐτὸν, αἰφνίδιον ἐξ τὸν Περσικὸν ἐκ ἀπ γάντος σωτῆρα γενόμενον, ἐξῆ τοῦ πλησίον τὸν μέδιον περὶ τινῶν τῷ πολέμῳ πεφρόνηδαι. Iisdem ferme verbis usus est Glycas: τὸ Περσικὸν λέγεται, ἐξῆ τὸ πλησίον τὸν μέδιον περὶ τίνος πεφρόνηδαι τῷ πολέμῳ. Joannes denique Zonaras οὗτο γοῦν ἐν ἐκείνοις ἐν ταῖς ἡμέραις τὸ βασιλέως τοῦτο, ὡς μὴ ἄλλο Μέδιμνο τὸ πολεμεῖν ἀνοήδαδαι, ἀλλὰ περὶ τινῶν, ἃ ἐστι Μέδιμνα τὸ τοιοῦτον. Hinc ergo vel maxime liquet non esse pinacem certum quid minuti nomismatis genus, sed medimni potius quadrantem, ut disertis verbis explicuit Zonaras. Quod autem σίμωμα vertit Leunclavius, aureum nummum, vereor ut id ἀπλῶς firmare possit. Eadem pag. ἀσωτικὸν ἐκλείσεως. post δεῖν αὐτῶν in MSS. codicibus deest φοβεῖσθαι aut aliud simile verbum.

Pag. 257. χρυσίνους, habent A. & F. codices, nec ulla rario versionis Leunclavianæ habenda, quæ Chrisopolim exhibet. seq. ὑπέμενον Bavarteus codex ἐξέμενον. Idem post ταῖς αὐτὸ addit voculam δῆλον ab Augustano & Fontisebraldensi prætermissam. Nemitzos vocat Anna Commena libro 2. Alexiados ἔθνος βαρβαρικὸν καὶ τῷ βασιλεῖ Ῥωμαίων ἐπιβουλεῦον ἀπάνδυ. Nam in editione Hoschelii ubique adverbio ad superiora tempora respicienta dicitur ἀνώτερον. Contendunt viri docti noo esse alios a Teutonibus, qai Scis vonica lingua appellantur Nemitzi. Alexio Commeno Leunclavius septemdecim annos Imperii dumtaxat tribuit, cum præfuerit annis 37. ab anno æræ Christianæ 1081. ad 1118. Pro καὶ νῦ codices F. A. & B. καὶ ὑπὲρ ἡμέρας ἑκατομμύριον αὐτῷ.

Pag. 258. ὑποχείρια, F. ὑπὸ χεῖρα. κατὰ ἓξ ἀναμένων habet etiam F. licet forte καμοὶ aliis magis arrideant. Pro συχνοὺς δῶκε lege ex F. & B. συγχωρῆσαι, καὶ ἀνεδάνιε. Quid vero si ἓξ ἡμέρας legas, ubi Leunclavius ex MSS. codicibus vertit illo ipso die ἐξ ἡμέρας. In B. & A. ajunt reperiri ἐξ αἴρει, sed forte id accidit ex librariorum inscitia, qui compendiarias litteras legere nequiverant.

Pag. cad. ὃς κατῆρχε βασιλικὸς ὁ λεγόμενος ἐκπρὸς, at habetur in Bavarico ad quam lectionem respexit Interpres.. ἐκπρὸς..... etiam in MS. F. ac alii plene ac fine hiatu ἐκπρόσωπος legunt. De Michaelis Anemæ dicti, & aliorum conjuratione ac supplicio plura Anna Commena libro XII. Alexiadis, ubi quæ de ademptis capillis non novacula, ut ait noster Glycas, sed dropace, hoc est medicamenti quodam genere, quo ad decalvandum caput & depilandum mentum, utebantur veteres, sic illa exponit: καὶ τὰν ἐν χερὶ κειραὶς τῆς κεφαλῆς, καὶ τὸ σιαγόνιον ξυλόφωτα ἓξ μέσου σκαπτόνοις τὸν ἀγορὰς φαρμακεύσαντα: nade retellere licet errorem ejus, qui ξύρασα legendum contendebat, & falculam, seu securim, interpretabatur.

Pag. 259. κατακοπτὸς codex B. κατακοπὴ.

Pag. 259. φλωτὸν ab incrustatione dictum so- *pag. 379.*
rum, ut conjicit Leunclavius, in F. scribitur φλωτὸν non dubio errore. Καμάτζας B. Καμάτζες: consentit tamen editis Annæa Historia, quæ Alexii Comneni vitam uberrime prosequitur, quam noster, quemadmodum & Zosaras, qai in eo pariter fidem scribendorum Annaliam fecit, brevi admodum compendio perstinxit. Post μετὰ σώματα, scribendum τὰ τῶν νέων ὑίέων, quæ syllaba ob alterius concursum etiam in F. a Librario prætermissa. Ipse autem, sive propria sponte, sive ex alio antiquiore exemplari expressam clausulam hanc post τὸν Καμάτζη ἐκόντα adiecit litteris rubrica instar titulorum insignibus: Ἔσω δὲς τὰ τέλος τῆς κατὰ Χρυσὸβ διηγήσεως. Superest itaque ut promissis stemas, ne quid desiderari amplius possit, Joannis Meursii nuncupatariam epistolam ad Fœderatos Ordines, & de Theodoro Metochita ad Lectorem Prælogium; tum quæ Joannes Leunclavius præfatus est, ejusque Indicem subjiciamus.

ILLUSTRISS. POTENTISSIMISQ. DOMINIS,

ORDINIBUS HOLLANDIÆ ET VVEST-FRISIÆ.

JOANNES MEURSIUS Dedico, Conſecroque.

ILLUSTRISSIMI, AC POTENTISSIMI DOMINI, *Illud mihi quam indigniſſimum ſemper viſum ingeale liberali, ignavo atque ignobili otio vitam traducere; & præclare a Philoſopho quodam dictum: Temporis jacturam unam omnium eſſe maximam. Quam divinam plane ſententiam utinam iacetes illi, & ignavi, inutilia terræ pondera, ſcrio ſibi ob oculos ponerent. Nam quis pudor eſt, epibus omnes inhiare, eaſque omnino primas putare; tempori vero nullum ſane pretium ponere. Cum tamen erepta illæ, aut amiſſæ, reddi aliquando poſſint; iſtud autem, ubi elapſum eſt, nemo reſtituere ſibi, aut redimere, ullo modo unquam queat, ne ſi omnibus univerſi terrarum orbis divitiis velit. Enimvero ſi avaro eſſe libebat, temporis certe avarum eſſe oportebat; hæc avaritia eſt honeſta, & laudem habet. Improbe nimis olim Galba*; Nulli rationem otii ſui reddendam. *Rectius Draconis leges otioſo, & ignavo, mortis pœnam irrogabant. Et Soloni item placuit, ut curia Areopagi ſedulo inquireret, quo quis modo vitam ſuam inſtitueret, tolerarique. Nota etiam Stipionis, viri illius multo maximi, non præclara, qua dicebat;* Non ſe minus otioſum umquam eſſe, quam cum etiam otium ageret. *Alexander Macedo, μηδὲν ἀναβαλλόμενος, ut inquiebat, orbem ſibi totum ſubiecit, & cognomen Magni accepit. Jam vero quid eſt homo ignavus? ſi verum illi nomen dabimus, bellua, & gurges ætatis ſuæ: ſive, ut Themiſtocles recte inquiebat,* Vivum ſui ipſius ſepulcrum. *Quid ignavo vita, aut mundus? Nil profecto. Quippe & hunc, & iſtam, pariter nihili facit, perditque ad libitum. Quid deinde anima illi, quidve corpus; quid tot rationis dotes, & ingenii, liberaliter a benigno Deo datæ, ad ſuum proximique uſum, & ſanctificationem nominis divini? Æſtimat hæc? nihil minus. Iouno ut agnoſcit quidem; aut, ſi agnoſcit, vili pendit. Illudit Deo, & tantum non beneficia, adeo male collocata, facto exprobat. Nam quid aliud eſt dicendum? non uti donis tam præclaris. Quorum pretium etſi ſummum, auget tamen illud majeſtas dantis Dei, & cum iſta comparata noſtra vilitas, atque indignitas. At quam multa lætamenta, ne ignavi eſſe poſſemus, poſuit Deus? Spiritus iſte, ignaviſſimo corpori incluſus, agitatione perpetua vegetat illud, neſcius quietis, etiam nobis dormientibus. Laboriatur ſuo exemplo*
Edit. Pariſ. pag 380. *ad actionem, laterdin, noctu, ſine intermiſſione. Videant terram, quam inhabitant, quamque inutili ſuo pondere illi premunt, quo ſe cumque circumvolvat, incitamentum ad laborem apparebit. Videant mare; & illud ſe perpetuo mota, numquam fatigatum, coercet. Videant, quod ſupra caput eſt, cælum; circumvolvitur ſine quiete. Videant ſolem, numquam non in curſu ſuo eſt, & cum etiam ad metam venerit, carcerem repetit, ſemper novus, ſemper alacer: illuſtrans terram, ne lucrat ignavis, offendatque actiones, quibus ipſos occupari æquum eſſet. Sic nimirum ad laborem, & diligentiam, omnia invitant. Illud reputans, ea quo rationis capax per ætatem eſſe cœpi poſtquam ad litterarum ſtudia animum meum applicuiſſem, hunque mihi palæſtram vitæ bonæ Deus aſſignaſſe videretur, dandam ſane operam cenſui, ne me hic ſedule exercerem; ac legendo, ſcribendoque, quod Varro ait, vitam procuderem: deinde etiam Academiæ illius veſtræ celeberrimæ, ea quo inter Profeſſores ejus accenſeri cœpi, quantum in me, famam atque honorem tuerer. Qua in re quam gnavus fuerim, viris hodie doctis notum, neque id prædicare meum eſt. Et nunc etiam teſtem profero, Theodorum Metochiten, virum doctrina, & dignitate, apud Imperatorem ſuum, cum fortuna beatior eſſet, pariter maximum. Hiſtoria ejus eſt, quam habibeo; Cæſarei omnes Romanorum a Julio ad Conſtantinum Magnum repræſentans. Breviter tantum illos perſtringit, ut videatur introductionem potius iſtam eſſe voluiſſe ad alterum Opus, valde egregium, de Conſtantinopolitanis Imperatoribus; quod a Conſtantino Magno inchoatum, ad Joannem Comnenum dedavit: qui Imperium ſuſcepit Anno Chriſti* CIↃ. C. XVIII. *Verum tamen, ne brevitatem compenſaret Theologicæ etiam multa per digreſſionem inſerult, de nato, & paſſo, Servatore; quæque circa rem utramque a Theologis antiquis Græcis obſervata: ubi quantum etiam in Theologia promoviſſet, ſat oſtendit. Vobis autem hunc Auctorem, mea opera, in lucem editum, & Latina lingua loquentem, conſecrare mihi viſum; qui prona in doctos voluntate, ſtudiiſque excitandis, benevolentia inuſitata, laudem omnem longe ſupergreſſi eſtis. Et me ſpes non parva tenet, illam veſtram benignitatem, qua virorum litteratorum lucubrationes excipere ſoletis, mihi etiam nullo modo defuturam. Atque hic finiam,* Illuſtriſſimi, & Potentiſſimi Domini, *Deum Opt. Max. venerant, ut Vobis, conſiliſque veſtris benedicat, ad nominis ſui ſanctiſſimi gloriam, & Reipub. veſtræ ſalutem. Lugduni Bat. III. Kal. Auguſti Anno* CIↃ. IↃ. C. XVIII.

DE THEODORO METOCHITA

PRÆLOQUIUM

AD LECTOREM.

ECCE tibi Theodori Metochitæ Hiſtoriam Romanam, benigne Lector. Vixit, floruitque, annis abhinc plus CCC. Magnum autem Auctoris hujus ingenium fuit; ac dotes animi, corporiſque, ſingulares. Statura erat procera admodum, membriſque pulchre, & proportione juſta, inter ſe aptatis; oculorum deinde hilaritate perquam inſigni: ita ut omnium in ſe oculos facile traheret. Facundia porro naturali, laborum tolerantia, & memoriæ excellentia, eruditionem ſummam omnino conſecutus erat. Si quis nova, aut vereta quæreret, ita omnia enarrabat, quaſi e libro recitaret: neque in colloquiis ejus libris ullus opus erat, quippe qui ipſe viva quædam Bibliotheca, & eorum, quæ ſcire velles, oraculum eſſet. Nicephorus Gregoras lib. VII. Τοῦτον τοίνυν ὅτου πολλὴ ἀνακλίνητα τῷ βασιλεῖ ἐμπίπτων, Θεόδωρον (Μετοχίτην) τῷ λογοθέτῃ γαμβρὸν ὁ βασιλεὺς ἐπὶ θυγατρὶ παρίκετο, γνησιώτερον δὴ ἢ ἐπιλήπτου καλεῖ καλεῖσθαι. συμπεσὼν γὰρ μιγάδην, ἢ μᾶλλον καὶ μιᾶς συμπτυχῆς, καὶ ἐφελκυσθεὶς ἐκφύσεως, τέκνον ἴδιον φύσει ἑαυτῷ ἐφελκύσατο. φύσιν δ' ἐμποιεῖ φασὶ λόγοι, καὶ παιδεύσεις φασὶ τούτου καὶ μάθημα ὑγιὲς, καὶ καθαίρεται, σοφὸν ἀνάγκη εἶναι τὸ ἐκγονον ἅπαν. ὅτου ἕνεκα δὴ ἅπαντα τοῦ ζητεῖν πάλαι τι ἔχει φορέως, οὐκ ἐκ βιβλίου τὸν γλαῦκα, φησὶ μικροῦ, ἢ οἶδεν, ἴδιο βιβλίον τοῦ ἐμπλέον. βιβλιοθήκη μὲν γὰρ ἦν ἀμφίλογος ὅτου, καὶ ἦν ζητουμένου ἀφόρητος ἀνωφελὲς δὲ τοῦτο μικροῦ παρέθεμεν, ὅτου τοῦτο λέγων ἦρτο. Libros ſcripſit numero multos, & mirandum in viro eſt indefeſſum plane ingenium, quod neque rebus, neque ſtudiis feſſum ſuccumberet. In utriſque certe ſumma dexteritate verſabatur: & a mane ad veſperam in palatio res Imperii ea cura, ac diligentia adminiſtrabat, quaſi a litteris prorſus alienus fuiſſet: veſpere autem, a palatii rebus vacuus, adeo totus in ſtudiis erat, quaſi nihil cum Imperio negotii eſſet. Gregoras loco citato. Ἐξεῖς δὲ καὶ πάλιν τοῖς βουλομένοις ταμιεύεσθαι τὰ τοῦ ἀνδρὸς ἐκ τοῦ λόγου δώσομεν, ὃς ἐν σωφρονεῖν πάλαι τι, ἢ πολλοῦ καὶ σωτῆρι γεγένηται τῶν αἰῶνος βιβλίων· ὃ δὲ τούτου μᾶλλον θαυμάζειν ἔχει τις ἐν τῷ διδόναι, ὅτι τοσοῦτο φοῖ, ἢ πολὺ φορτικὸν ἀφορμῶν δημόσιον καὶ κλεινὸν ἐπιτηδείων, ἐ φροντίδων ἀφ' ὅτι ἄλλον ἐπιλιζόντων ἀπὸ τῶν ἀβίωτον, οἶδεν ὅτι; ὁ τὰ ἀναγκαῖον καὶ χρήσιμα ἀπηλλάκτων τούτου, πᾶν ὅτου ἀλγὴ φοῖ δέξαι, ὃς' ἐκ φοίτου μᾶλλον ἐσφαίρα ἐν βασιλείοις τὰ τοῦ βασιλέως ἐπὶ ὅτου ἐλαχεῖ· ὅτου ἐλαχεῖ καὶ ἓν γε πολλοῦ ἓ ζωίσης τῷ φοβερῷ, ἄσπερ ἐν οἱ ἢ λόγων ἴζω φαντασιῶν ἀτύχησεν· ὁ δὲ ἀδὲς ἐκείθεν ἀναπλεκτομένου, ὅτου ἄλλο ἢ λόγων ὑγίηνται ἄσπερ ἐν οἱ χαλκοῦοι τις ἦ, καὶ ἢ φαντασιῶν φαντασιαστικός. In primis vero in Aſtrooomicis excellebat. Gregoras de eodem, lib. VIII. Καὶ ἀστρονομικὴν ἐπιστήμην μόνον κῆ τοῦ δὲ τοῦ χρόνου εἰδώσεως τὸ ἀκρότατον. Joannes Cantacuzenus lib. I. cap. XL. *Id ipſum & magnus Logotheta Metochites præſtitit, qui tum domum Imperatoriam, ſive aulam, regebat; vir alioqui ſolers, & non Chriſtianis modo, ſed exteris etiam litteris politiſſimus. Etenim cum Aſtronomiæ principia quædam Byzantii minuta, & imperfecta, accepiſſet; ipſe in eo ſtudii accuratiſſima diligentia ſua tantos proceſſus fecit, ut deinde quoque permulti in eadem ſcientia ipſo præceptore progreſſus eximios adepti ſint.* Neque vero vir ingenio, & doctrina tam præclarus, in Imperio inglorios vixit; quio tam magna apud Imperatorem gratia valuit, ut rerum in aula fere omnium potens eſſet, credente el arcaoa quavis Imperatore Andronico Palæologo ſeniore. Gregoras lib. VII. Ἡ γε μὴν τιμιωτέρα τῷ βασιλεῖ παραδοκηθεῖσα, καὶ πάσης κατέσκευε ἅπας μαστιόων τοῖς ἀφίγμασι, ὁ Μετοχίτης Θεόδωρος, λογοθέτης ἀν τιμιωτέρα τῷ γαμβρῷ. Τοιοῦτον δ' αὖτῷ φρονητήριον, καὶ ὅτου ὁ βασιλεὺς ἐκεῖ γε ἐξέρυτο, ὃς' οἶδεν ἐκ αὐτῷ μικρὸν ἢ μέγα ἢ πάντων αὐτόθροντον φοῖ αὐτὸν, ἅπα φαίνεται ἐποίει βουλομένῳ καὶ τάντα· καὶ οὐδὲ οἶδεν, ἓ μὴ πάντῳ φοῖ βασιλεῖ ἐκ. Immo tanti eum Imperator dictus fecit, ut filiæ ejus maritum daret Joannem, ex Porphyrogenneta fratre nepotem unigenitum, Panhyperſebaſti dignitate ornatum, & inſignibus dignitatis multo quam pridem majoribus auctum, nempe veſtibus, calceiſque, & equi phaleris amplioribus, qualibus ipſe uteretur. Gregoras loco citato. Ἡδὺ δὲ καὶ γαμβρὸν αὐτὸ θυγατρὶ ἢ ἀδελφιδῆ τὸν παῖδα ἐποίησε, Ἰωάννῃ φημὶ ἢ μεσηγὺ τῶ Πορφυρογεννήτου μόνου. ἓν δὲ ζώντου μὲν αὐτῷ τὸ σωφρονιστήριον, ἐκ ἴχθυ τὸ φοῖ ἐκείνου· ἐκείνου δ' ἀπαλλαξαντος, ἐδέξατό τε καὶ ἐν τοῖς μάλιστα ἐτέρων, ὅρτι τὸν ἐκείνου παραλλάττοντα ἐνορμίσιν δ' αὐτὸν ἐδόξει καὶ τῷ τὰ πανυπερβαίνειν ἀξιώματι, ὃ τοῦ καὶ αὐτὸ, ἅπα τῶν φοῖ αὐτὸν ἐφορᾶν, ἐνδεέστερον ἢ φοίτερον ἦχε, πολλῷ κατεσκέατο· ἐνδύμασι γὰρ, καὶ τοῦ ἵππου αὐτοῦ, καὶ ἅπα τὸν ἵππον αὐτὸν κοσμεῖ, κηρῶν τῶν ἅπασι χρῶνται κεχρῆσθαι, ἵν' ἢ ἐξεπιστάτου ἐν τοῖς πομπῇ ἅπα βασιλεῖ ἐλαύνει. Attingit etiam Cantacuzenus lib. I. cap. XLIII. *Porphyrogenitus Joannem habuit unigenum, cui Metochites, magnus Logotheta, Irenen filiam matrimonio conjunxit. Eumdem Imperator patruus Panhyperſebaſti dignitate coheneſtaverat.* Certe charum Imperatori eum faiſſe ob virtutes, quas jam dixi, etiam Cantacuzenus ait, libro citato, cap. XI. *Magnus Logotheta (Theodorus Metochites) cum propter intelligentiam, atque doctrinam liberalem, & in negotiis obeundis dexteritatem, ab Imperatore familiariter admodum diligeretur, auſus eſt & ipſe de Nepote illum admonere.* Ac dignitatibus variis omnino functus eſt, & pee geadus quaſi quoſdam ad culmen aſcendit. Initio quidem Archidiaconum fuiſſe invenio eleri Impe- ratoris, & cum Meliteniota, ac Joanne Beco Patelarcha, Imperatoris actiones omnes rexiſſe. Obſervo, ecce, apud Gregoram lib. V. Δι' ἃ δὴ καὶ ἐπὶ ἢ πατριαρχικὸν ἀναβιβασθεὶς θρόνον, πάντα ἐκ αὐτὸς τῷ βασιλεῖ, καὶ γλαῦκα, ἢ χεὶρ, καὶ κλεῖσαι γραμματεῖσι ἐξεγράφω, καὶ λόγων, καὶ γραφῶν, καὶ δογματίζων, ἴχων συμφορᾶς καὶ συλλήπτορα τὸ αἰῶνα, τὸν τῶ Μελενικιώτου, καὶ τὸν Μετοχίτην, Ἀρχιδιάκονον ὄντας τῷ βασιλικῷ κλήρῳ. Inde curſus publici Logotheta factus, ad Italiæ Regem, (ita Romanum Imperatorem per contemptum appellabant Byzantini,) legatus mittitur. Gregoras lib. VI. Ἐπεὶ δὲ ἡ τὰ τῶν Ἰταλῶν ῥηγὸς παραδυσφόρτα φοιβεῖα, ἅπα τὰ ὑπὲρ τὸ φρονοῦν ζητήματα, ἐκλέγονται λοιπὸν ἐς φοιβεῖαν οἱ κράτιστα ἅπα τιμιωτέρα σφῶν, δ', τε Μετοχίτην Θεόδωρος, ἢ ὁ Γαλεὴς Ἰωάννης· ὁ μὲν λογοθέτης ἀν τιμιωτέρα ἅπα πατρὸς, ὁ δὲ λογοθέτης τῷ δρόμου. Poſtea ærario generali Logotheta eſt præfectus. Gregoras lib. VII. Ἡ γε τιμιωτέρα τῷ μὲν βασιλεῖ παραδοκηθεῖσα, καὶ πάσης κατέσκευε ἅπας μαστιόων τοῖς ἀφίγμασι, ὁ Μετοχίτης Θεόδωρος, λογοθέτης ἀν τιμιωτέρα τῷ γαμβρῷ. Poſtremo magnus Logotheta eſt electus, quæ profecto maxima dignitas in Imperio Conſtantinopolitano erat. Codinus de Offic. Aulæ Conſtantinopol. Τὸν αὐθέντορον τὸν Μετοχίτην, λογοθέτην ὅτα τῷ γαμβρῷ, ὁ βασιλεὺς Ἀνδρόνικος ἅπα Παλαιολόγου ὁ φοίτου τιμίου μέγαν λογοθέτην ἐποίησε. Gregoras de eo lib. VIII. Τὸν μὲν γὰρ τῷ μεγάλῳ λογοθέτῃ ὁμιλεῖν (τοιοῦτο γὰρ ἦδυ καὶ τῷ τοιούτῳ φοῖ τῷ βασιλεῖ ἀξιώματι·) ἐνίστερ ἀκρωτὸν ἐγκείμενον αὐτῷ, &c. Iterum lib. XII. Ὁ μέντοι μέγας λογοθέτης Μετοχίτης, ὁρῶν τροφομε-

Edit. Pariſ. pag. 181.

pag. 382.

τὸν ἀνωμάλως τοῦ τύχου πρὸ τὸ γεγονὸς βαστάσαι, καὶ καταχωμάσθη ἄνω τὰ σώματα, ἰδιώτου ἐπὶ ἑαυτῷ μᾶλλον πάντων αὐτοῦ. Et pluries apud illum Auctorem eo titulo commemoratur. Præter doctrinam, ac dignitatem, etiam pietatem ejus animadvertere iſtinc licet, quod monaſterium Choræ, veruſtate jam collapſum, reſtauraverit. Gregoras docet, lib. VIII. Αὐ' ἅ γὰρ ἐπὶ πλέον πανσάμενον ἐμὲ πρὸ τοῦ ἀυτῷ πανηγυδίσαι μοναῖ τῶν Χώρας φίλον κατέλυσε, πολλοῖς ἔτεσι τοῦ σαρῶσι ἰδίοις αὖθις ἐμέ. Iterum lib. IX. Κατέλυσε δ' (ὁ Μετοχίτης) ἀντίπαλος καὶ πλησίον παρὰ τῇ ἱερᾷ δομῇ μονῇ τῶν Χώρας, ὃν πολλοῖς αὐτοῖς ἀνακαίνισον ἀνακαίνισε σφίσιν, τοῖς ἰδίοις τὸ χρὸν δοκοῖς κατεσκεύασε ἰδίοις. Et Phranzes lib. I. cap. XI. *Monaſterium Chriſti vitæ datoris, quod Chora nominatur, partim renovavit, partim exſtruxit.* Ut ſunt autem res humanæ valde incertæ, ita oeque Fortunæ ipſe ludibrium evadere potuit; & cum Beco, ac Meliteniote, in maritimum Bithyniæ oppidum ab Andronico juniore, rerum potito, relegatus fuit. Gregoras lib. VI. Ὁ Βέκκος ἀντίτυπον ἀνακαλυμμένην τῇ γλώττῃ τοῦ ἤθους. τοιοῦτος δὲ ἐξ ὑπαρχῆς αὐθὶς ἐς τὰ πολίχνιον τῇ παρὰ Βιθυνίαν παραλίῳ πόλεσιν ἄνω τοῦ ἀμφ' αὐτὸ. Melitenioten δ' ἴδιον ἔνα, καὶ Μετοχίτης. Quin ædes quoque ejus diruæ, & opes direptæ; non eæ tantum, quæ in ædibus repertæ; ſed quæ etiam apud amicos occultatæ. Itaque ſubito una cum liberis ad egeſtatem ſummam redactus eſt, qui paulo ante poſt Imperatorem felicissimum habebatur; &, plurimis annis fortuna uſus benigniſſima, uno die in ſummam calamitatem incidit. Gregoras lib. XX. Ἧς δὲ ὅσον ἐς ἐπίρρον ἰδίου τοῦ ἡμέρου ἐκείνου κινοῦντα τὸν ἴλιγγον ἄνωθεν τῇ οἴκων τῇ καμαροστέπων, ἐξ ἀνέλπιστα τοῦ ταχίστου καταστάσεως αὐτοῦ ἐμπόνου, καὶ δημοτικὸν ἄδημα, καὶ μάλιστα πάντων τοῦ τῆ μεγάλου λογοθέτου (Θεοδώρα τὸ Μετοχίτου) καμπροτέρου οἴκου, ἐξ ὅσα τῇ χρωμένου, ὃν τῇ οἴκῳ ἐναμελέντο, καὶ ὅσα φιλέσασι παρὰ τῇ φίλων παρόντι· γραμματίων γὰρ ἀμφιλύτων, ἃ τοῖς οἰκοφύσις φίλοις ἴδιοις, λαθέσθαι μὲν ἐγγεγόλωτο πάντα, καὶ οἷον τῇ ἀπάντων αὐτῷ παραλιφθῶ· εἰκὶ τὰ μὲν, ὡς τὸ βασιλικὸν οἰκοδόμησιν πρωτοῦ· τὰ δὲ, δημοτῶν δανείσματα χάριν. καὶ γέγονε τότε ἀδίκ ἐμὲ τοῖς ταυτὸν, ἃ πάντων μᾶλλον ἀδημονίσεται τότε δοκῶν· ἀκούτε γὰρ τῶν ἀδημονίων ὃν πολλοῖς ἀπολαυκὸν τοῖς οἴκοις, ὅλον ἐκτίνυκτο ἄκρατον ὃν ἐμέρᾳ μιᾷ τοῖς τοῖς κρατῆρα. Phranzes lib. I. cap. XX. *Potitus urbe, & Imperio, junior Andronicus, ea modo, quo diximus, & conſummatam rerum poteſtatem adeptus, ævo de vita, & vita commode agenda, qua decebat cura, proſpexit. Patruum vero Conſtantinum comprehenſum in carcerem tenebroſum detruſit, & Metochita, magni Logothetæ, facultates omnes, pecuniaſque fiſco addixit.* Quin pavimentum etiam ædium, ſolo evulſum, Occidentalium Scytharum Principi, pavimentum ſuo ſplendidius requirenti, dono miſſum eſt. Gregoras hac de re, lib. IX. Περὶ δ' ὧν τοῦ ἱερίματος τοῖς οἰκίοις κατορυκτοῖς τοῖς ἐρδωμοῖς ἐτρύχα μακρὰν, καὶ πολίδωρον αὖθι ἀλχὸ τοῦ ἀυχοῦ πυρὸς καὶ φλογὸς, ὃν ἐκπυρσύνων τοιοῦτος βαμβυλίου καὶ συμφορᾶ· καὶ μετὰ καὶ τὸ τοῖς τύχοις πρὸς σωμάτων ἀκίνητον ἀκολουζόμενος ἐξεκλεπτεῖτο, τοῖς ἰδίοις ταῦδαφος τοῖς καμπραῖς ὑλίνοις οἰκίαις ἐς τὸν ἐπίπτα κόσμον ἀφεῖδε· ἀλλ' ὃ μέτρα πρέσβυς ἐξ αἰῶνος ἐφ' ἑτέρᾳ ἐπιπνοίσται, καὶ ἐπὶ τοῦδ', ἐξ ἐπάρκτα. ἐκσπεῦδε γὰρ ἔκαε, ἐπίμοδε δόμον τῷ ἐξ ἐνεπαίς Σκυθῶν ἀρχοντι, καμπρότατος τινος ἔπαια τὸ τῆς οἰκίας ἐπ. δάφος ἔλαιον ζητέσαντα. Neſcio vero Imperatore factam eſſe hanc ædium direptionem Cantacuzenus nobis auctor, lib. I. cap. LIX. *Domus nulla, præterquam magni Logothetæ, (Metochitæ) idque neſcio Imperatore, direpta eſt.* Dixi ex Gregora, relegatum in maritimum Bithyniæ oppidum; illud vero Didymotichum. Diſco ex Cantacuzeno, lib. II. cap. I. *Magnum Logothetam, (Metochitem,) Didymotichum abduci, & in aliquo monaſterio vitam agitare juſſit.* Mox tamen ab eo exilio revocatus, reliquum vitæ in Urbe exegit. Cantacuzenus loco citato mox ſubjungit. *Et agitavit quidem ibi (Didymotichi) ad tempus, donec etiam ipſe ventum conſecutus, Byzantiumque poſtliminio reverſus, illic reliquum ætatis exegit.* Nempe ita jubente Andronico juniore Imp. gravi morbo laborante, & mortem metuente. Gregoras lib. IX. Ἐνεὶ δὲ τοῖσι ἰατροῖς ἐμπειρίας ἐχρώτησαν γεγόνα τὸ σῶμα, ἡ ἀπορράτο τῷ βασιλεῖ ὁ δὲ τῆς ὑγιείας ἦλθε, ἐξόρμησε μὲν τὸς περὶ αὐτὸν ἀπολύσας πάντας, Κωνσταντῖνον τε τὸν διαδόχου, καὶ τὸν μέγαν λογοθέτην τὸν Μετοχίτου, ἡ δὲ ἐξῆς τῆς ὁμοίας ἔτυχον κατοδίσεως. Atque ita poſtea, ab exilio in Urbem reverſus, non domum ſuam, quam direptam jam oatravi, ſed vicinum Choræ monaſterium, a ſe reſtauratum, eſt ingreſſus. Gregoras libro citato. Ὁ μέντοι μέγας λογοθέτης ὁ Μετοχίτης, ἐλθὼν ἐκ τῆς ἐξορίας, εἰς περὶ τῇ οἰκίᾳ κατέλυσε· τοῦλαι γὰρ, ὡς ἐμέμνητο, ἐσκαλδοτος τοῦ βασιλέως ἐν Βυζαντίῳ, αὖτα διῳδρατο, ἐξ τιλίοις ἐμέμνητο πρὸς ἢ δημοτῶν. κατέλυσε δ' ἀνέπαυτε, ἐξ πλησίον, παρὰ τῇ ἱερᾷ δομῇ μονῇ τῶν Χώρας, ὃν πολλοῖς αὐτοῖς ἀνακαίνισον ἀνηγείρατο πρέσβυς, τοῖς ἰδίοις τοῦ χρὸν δοκοῖς κατεσκεύασε. Dum vero in exilio agit, ſtranguriæ morbus eum invaſit, qui gravius ærumnis cæteris præmeret. Gregoras alibi eodem libro. Ὁ μέντοι μέγας λογοθέτης ἐς ἢ ὑπερορίας ἔμι αὐτοῦ χώραν ἀπεγράφη, τῇ τῆς ἐπαγγελίας ποιήματι κάτοχος ἐγεγόνει. ἦ ἀμέ μᾶλλον ἐνιζῆς τοῦτον, ἢ πάνθ' ὅσα ἐνεστήκει, ἀμαθῶ λέγω, ἐξ δόξης ἐκπτώσεως, ἐξ χρημάτων ἀφαιρέσεως, καὶ φαύλου ἀνθρώπου ἐλλόχρι ἢ καθορᾶσι. Rebus florentibus, & ingenio adhuc læto, alacrique, ſcripſit plurima. Gregoras in verbis jam citatis. Ἐξετὶ δὲ ἢ πάσι τοῖς βιβλιοῖσι τυχεσκεδάσθαι τῶν τοῦ ἀνδρὸς ἐν τοῖς λόγοις διώκμοις, ἐξ ὧν ἀπιστεῖσθαι πολλῶν τε, ἢ πολλοῖ καὶ ποικίλων ὠφελίας, βιβλίων. Uſus orazione tam verſa, quam proſa, maxime autem in exilio ad Gregoram ſcribens. Ipſe Gregoras narrat lib. VIII. Διώκων δὲ τοῦτο σφίσιν ὁ τε ἢ πρὸς ἐμὲ τοῦτο γνώσεσι, ὃν τε τοῖς ἔνεκα, ἃ ἐνοίκοις ὄσιμι ἐν τῇ ἐξορίᾳ αὐτοῦ. Ejus in univerſam Ariſtotelis philoſophiam naturalem Paraphraſin Latine vertit, ediditque Gentianus Hervetus. Γεωμετρικὰ σημεῖα, ac Mathematica, & Commentarii in Ptolomæi magnam Syntaxin, aſſervari in Hiſpania commemorantur. Paraphraſis in quatuor libros De partibus animalium in Italia. Capita Philoſophica, & Hiſtorica CXX. in Germania, apud Auguſtam Vindelicorum. Hiſtoriam Romanam ego nunc edo, conſecutus beneficio Andreæ Schotti, viri egregii, habeoque in Bibliotheca adhuc mea Hiſtoriæ Sacræ libros duos, Conſtantinopolitanæ unum: quos omnes, otium majus nactus, aliquando publici quoque juris faciam, volente Deo. Deceſſit, ſumpto monaſtico habitu, tricesimo die poſt Andronicum ſeniorem, anno Chriſti CIↃ CCCXXXII. cum annos undecim, bonoribus omnibus, opibuſque ſpoliatus, inter ærumnas vitam triſtem exegiſſet; cum ſolemnis ſtranguriæ morbus, doloruque animi ex conjectis in carcerem filiis, & Andronici ſenioris item morte; unde illi de fortuna reſtauranda deſperatio, mortem ejus accelerarent. Notat Gregoras, qui alia omnia, lib. X. poſtquam de obitu Andronici ſenioris commemoravit. Ἐκεῖθεν ἐμέρᾳ τεμένεσι μεταξὺ παρρήσιος, ἐξ ὁ μέγας ἐστιλάτης λογοθέτης ὁ Μετοχίτης, σεμνὶ μερίσας δικαίᾳ κεφαλῇ τῷ, τὰ αὐτὰ ἢ τῶν ψυχῶν· ἐπιζητε μὲν γὰρ ἐκ πολλοῦ τῷ τῆς ἐφαγγελίας ποιήματι· κρατηθέντων δ' ἤδη ἢ ἤθους ἐς διεφθαρμένον, κρατεῖν ἐφ' ἀρχοντος ἐπιτιθέντων κἀκ τοῦ παῖδας δρμῶ· ἐκ τοῦ σωθῆναι δὲ καὶ ὁ τοῦ βασιλέως ἐπιτιθέντων δικαστὴς, καὶ βεβαίως ἤδη κρίσεως αὐτῷ τῶν ἤδη ἄλλα ἀνόητον, ἀνίκμενος ἐς τὸ πλεῖ τῶν φίλων ἐπιστολὴ, χαλάσας τοῦ πόνου ἤδη καταστέρνου ἀγῶνος, ἐξ τοῦ ζωτικοῦ παραλύσας δεσμοῦ. ὅθεν, τὸ μυσθῶν ὑπαλθὸν χῶμα, μετέλαξεν. Defunctum, ut fuerat vivo omnino addictiſſimus, Oratione etiam funebri decoravit Nicephorus Gregoras; quam ſubjicere, non abs re exiſtimavi.

Edit. Pariſ. pag. 383.

pag. 384

NI-

ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΤΟΥ ΓΡΗΓΟΡΑ

Μονῳδία εἰς τὸν μέγαν λογοθέτην, Θεόδωρον τὸν Μετοχίτην.

NICEPH. GREGORÆ

Oratio funebris in mortem magni Logothetæ, Theodori Metochitæ.

Ἐμοὶ δὴ, ὦ παρόντες, πιτύόν τι συμβὰν πεπόνθατε, ὅσπερ ἂν εἴ τις ναῦς ἐξαίφνης ἐναντίοις ἐπιπνοίαις τοῖς πνεύμασιν, ἐπὶ πρύμναν ἐπιδιώκοις καταδῦναι ἐπειγομένη, ἢ διαπλῶσαι εἶπον καλῶς, ὕπνου ἐπιδραμόντος τὰ πλάστιγγος κλυδώνιον, ὑπερβύσσιον διώκουσι πάντων γενέσθαι. ἐμοὶ δὲ φρονήσαντι μεγίστου ἐκείνου τῶν βασιλέως ἐπιτετάχθαι συμφορὰν, ἑτέρα μοι συμπεσοῦσα ἄτη ἐπιδραμοῦσα, καθάπερ ἐπὶ κλύδωνι κλύδων, ἐπὶ χειμῶνι χειμὼν, δεινῶς κατέβαπτεν, καὶ πρὸς ἄβυσσος συμφορῶν, φεῦ, κατώλισθε συμφορῶν. ὦ πῶς οὐκ εὐθὺς ἀπέπτης ψυχὴ, ἀλλ' ἔτι τῷ δυσκήρῳ πάτῳ παρέμενας σώματι. ὦ πῶς οὐχ ὑπὸ τῆς ἀλγεινῶς διαῤῥάγη μοι τὸ σῶμα, ἀλλ' ἀντέσχεν ἔτι δυνάμει πρὸς τοσαύτας κυμάτων ἐπαγωγάς. ὦ δυστυχὲς μοι γλώττης, οἵας σοι τὰς μοιρίδας ἀφ' ἡμέρας ἐκείνης ἐπεμέρισαν. φεῦ τῆς τῷ δεινῶν συνηχείας· βαβαὶ τῆς ἐναλλαγῆς τῷ πραγμάτων. ὡς δὲ ἀεὶ κατὰ τῷ συμφορῶν πρεβόλως ὠχυρῶ ἀρραγεῖ τῇ λαμπρῷ παρηγόρῳ, ὅπως στρατεύματα συμφορῶν ἐφ' ἡμᾶς ἐπιλίζοιτο σύμφορα. ἡμεῖς δὲ καταπεπῶμεθ' ἔτι, τῇ μοφοδῶν ἀνηχεμοθα; πῶ σοφῶν σωπωμεθα, τῇ λογίων ἀμιλλαι, τῇ σιμὰ τὰ παλαίσματα, πῦ ῥήτορες παντόρες, τῇ ὀρόπου τῇ θέατρα, πολλῷ τῷ παναθηναίων ἐκείνων λαμπρότερα; φρῦδα τὰ πάντα, κόνις ἅπαντα. ὦ κάκιστε χρόνε, πῶς ἐκ μέσης ἐμοῦ χυθεὶς τῆς ἡμῶν ἁπάντων σοφίας μητρόπολιν εἷλες ἅπασιν; πῶς ἐκ λόγων καθέλης ἐπιβουλεύσας μητρόπολιν; πῶς ὑπεσκάφης καθ' ἡμῶν συνεχῶς, μήτ' τινα οἶκτον λαμβάνων, μήτ' κορυνήμονος ὑπὸ τροπῆς τῷ δεινῶν; χθὲς ἀφύλλες ἡμῶν ἐμέγιστον βασιλέα, σύμφορον τὸν δεξιὸν ὑπηρέτην, ἐ Νέστορα τὸν βουλυφόρον, τὸν μόνον τοιοῦτον βασιλεῖ δυσέμβολον ἐξαρκοῦν. χθὲς τὸν τῷ χαρίτων θάλαμον, σύμφορα τὰ τῷ Χαρίτων φροντίσματα. χθὲς τὸ ἱερὸν τῷ ἀγαθῶν, σύμφορον ἐ τοιοῦτον ἀγγέλλουσα χελιδόνα. χθὲς τὸν μέγαν τῇ ἀπεράμιλλον νοῦν, σύμφορον τὸν τοῦ ἑπαρμένου κέρατα. χθὲς τῆς χρυσῆς τῇ μεγάλης γλώττης τοὺς λόγους, σύμφορον ἐ ἀπαθηναίων, τῇ τὸν περίπατον, τῇ γοῦν ἑαυτῆς ἐ γλώττης, ἀκούσιον τῷ λόγων. χθὲς τὰς Μούσας σύμφορον τὸ ζῶν τῇ κατοίμητον Μουσεῖον. χθὲς τῆς διατριβῆς τῇ τῷ δογμάτων τὸν πρατῆρον προβόλιον, σύμφορον ἐ δογματικῶν πανοπλίαν. χθὲς τὸν ἐ ἱερατικὸν κανόνα τε, τῇ ἐ εὐθμίαν, σύμφορον τῶν ἱερὰν ἐντολτικῶν. ἀλλ' ὦ πόσοι κλαυθμοὶ τῇ στεναγμοὶ συναλληλοδοῦσ ἐκ ἐξεσωθῶσαι δυνηθέσ' ἂν τῆς τοῦ κατηχοῦν ὑμᾶς πάθους; οἴμοι ᾗ, οἴμοι, ἂν θάλασσα μὲν ἅπασα μεταβαλὴ πρὸς φύσιν δακρύων, πόταμοι δ' αὖ ὅποσοι τῶν γῆν περιελίζουσι πρὸς δακρύων τροπῶσι φορὰν, ὑδ' ὅπως ἂν ἱκανῶς δυχθεῖν τὸ μέγεθος ὅσον τῇ κακῶν συμφορᾶς. ἐκεῖνος γὰρ ὁ τῆς ὑγιεινοτάτης τῇ Ῥωμαίων ὁλκάδος ἄριστος κυβερνήτης· ὅτις ὁ τῶν ἑλίκων, ᾗ τὸν πόλον, ἀκριβεστάτους ἀεὶ ἐκεῖνος ὁ τὰς νεὼς, ᾗ τὰ νέφη τῇ πόλεων, ἐ τὰς ἐκεῖθεν χειμῶνας, προβλέπων· ὅτις ὁ τὰ ἱστία, ᾗ τὰς κάλως, καὶ τὰ σφιγκτῆρια, ἀκριβέστατος ὦ. ἐκεῖνος τῆς φρονίσεως πρύτανις· ὅτις ὁ τῆς φρονίσεως ἐκείνης ἄμοιρος δεξιός. ἀλλ' ἄμφω νῶν θανάτου ἀξίως ἐπεδράμων, ὁ δυσμενὴς ἐκλιπὼν, φεῦ τῶ πάθους· εἰς γῆν τῇ

Glycæ Annal.

Mihi quidem, Auditores, idem usu venit, quod navi, subito adversis ventis circumvuntæ, cujus puppis cum demergenda sit, priusquam consistere possit, ab alio fluctu a latere obruatur. Priusquam enim priorem illam, & maximam, obitus Imperatoria calamitatem excussissem, altera hæc hodie me aggressa, veluti fluctus post fluctum, tempestas post tempestatem, graviter demersit, & in abyssos, & fundum calamitatum heu dejecit. O anima, cur non statim evolasti? cur adhuc in misero isto corpore permanes? Heu cur non præ doloribus ruptum est corpus meum, sed adhuc tot fluctuum violentiæ reſistere potest? O infelicem linguam meam, ad hujusmodi lamentationes reservatam! Heu malorum eumaium! mutationem rerum! Quos nuim firmos quasi ubices contra malorum insultus habebamus, & illustria solatiu; ii hodie contra nos calamitatum cohortes uducunt. Nos vero adhuc subsistimus, & lamentari non desistimus? Ubi est familiaritas sapientum? ubi doctorum certamina, & honestæ velitationes? ubi oratorum cœtus, applausus, theatra, multo Panathenæis illis splendidiora? Evanuerunt omnia, in pulvurem abierunt omnia. O tempus iniquissimum, itane e medio terrarum orbe sapientiæ metropolin tollere crudelitur haud dubitasti? itane per insidias eloquentiæ arcem evurtisti? Cur tam continenter insultas nobis, sine ulla misericordia, & satietate malorum? Heri maximum nobis Imperatorum abstulisti; hodie solertissimam illius ministram, Nestorem consiliarium, cum qui solus tanto Imperatori satis fuit. Heri Gratiarum thalamum; hodie Gratiarum vestibulum. Heri ver bonorum; hodie nouiam ejus hirundinem. Heri magnam & incommunicabilem mentem; hodie mentis illius argutum præconem. Heri aureæ, & magnæ, illius linguæ sermones; hodie Academiam, Peripatum, & Stoam illius linguæ. Heri sermonum illorum Musas; hodie vivum, & mota præditam Museum. Heri pietatis, & dogmatum firmissimum munimentum: hodie dogmaticam panopliam. Heri sacerdotii regulam, & amussim; hodie sacrum armamentarium. Sed quæ tandem lamenta, quæ suspiria, in unum conjuncta, malis nostris æquari queant? Arbitror enim, arbitror, si mare totum in lacrymarum naturam coovertum, & omnes fluvii, qui terram irrigant, in lacrymarum decursum mutentur; ne sic quidem magnitudinem calamitatum, quibus nunc oppressi sumus, satis ostendi posse. Ille principalis Romanorum navigii optimus fuit gubernator; hic helices, & poli diligentissimus inspector. Ille serenitates, & nubila urbium, & imminentes inde tempestates prospexit; hic vela, funes, rudentes probe dixerit. Illu prudentiæ penu: hic dextur illius promus condus fuit. Sed utrumque nunc mors celeriter abreptum, infestus

Edit. Paris. pag. 385.

ille miles, proh dolor, in terram, & pulverem depreſſis. O quomodo non terram tantum, ſed jam ipſos etiam cælos, & ſtellas, celeriter hæc mala percurrerunt, & ſuperiorem provinciam etiam iovaſerunt! Age vero, prodi mihi hunc omnis reliquas doctorum cœtus, ſi qui ſuperſunt. Deplorate fontem eloqueotiæ obturatum. Lugete Atticam illam linguam, non ita pridem ſuaviſſime locutam, & dulce illud nectar profuſa humi effuſum. Lugete os illud, quod paulo ante mellis vobis imago fuit, nunc vero a mortis ſocis eſt perditum. Lugete eum, qui Romanorum gloriam tam ſapientia magis auxit, quam olim Athenienſium Socrates, & Platones. Lugete univerſæ erateres ſapientiæ, paulo momento io terram effuſos. At quis e medio terrarum orbem Muſarum abripoit Heliconem? quis ſapientiæ deſtruxit Olympum? quis lucernam extinxit, mentis noſtræ oculos illuſtrantem, & ciliа noſtri animi pulchre apecientem? quis attem artium, ſcieotiam ſcientiarum, perdidit? Quis cæleſtem hominem in fundam Inferorum dejecit? Olim quidem Græcia eloquentiæ domicilium deploravit Athenas, eum eas per inſidias celeres deſtruxiſſet Lyſander Lacedæmonius. Nos vero hodie non ſatis deplorare poſſumus totam Græciam cum ipſis Atheois demerſam. Unus enim hic vir fuit omnia. O Muſæ, o facuodia, o virtutes, o omnes diſcipliоæ, quo modo agreſtia lilia adeo celeriter eſtis imitatæ, eito quidem in altum decus arrectæ, ſed citius arefactæ, & dejectæ? divina enim veſtra cella, magnum illud & celebre veſtrum diverſorium, nunc terra & interitu oppreſſum, ana veſtram quoque gloriam depreſſit. Hic fuit, qui omnes ingenio Philoſophos ſuperaret, & oratores, quos omnia ſæcula celebrant. Sed, heu! jacet jam in pulvere, & tomulo, mutus. Hic falt, qui mente & lingua cælos ae terras dimetiretur, quovis perpendiculo, quavis amuſſi, rectius: nuoc vero lapis exiguus eum dimetitur. Hic fuit magnorum cæli & terræ horizonsum & parallelorum optima dioptra: hic optimus, & ſpoote natus, horoſcopus: ſed nunc eum ante tempus, o miſeriam! brevis tetræ horizoo complectitur. Hic fuit, qui magnum impendit ſtudium, ne Græci, in poſterum eruditi, in judicio veterum ſapientium hallucinarentur. Hic fuit, qui contemplatricia ſiderum ſapientiæ ſcieotiam facilem reddidit. Hic fuit, qui Ariſtotelieæ linguæ labyrinthos extricavit: at nunc obſcuri ſepulchri labyrinthi acerbe circa eum intricantur. Hic optima vesecundiæ & modeſtiæ regula: ſed nunc eum mors impudenter amputavit. Hea quo pacto tempus hoc paulo momento vetuſtatem omoem lamentationibus vicis: quæ poſt multa ſolis curriculæ tantum detrimenti univerſæ naturæ humanæ in hunc uſque diem ioferre non potuit, noſtra vero ætate facillime potuit. Heri enim maaima & pulchertima bona abripuit; ea vero, quæ reſtabant, hodie reverſum etiam ademit. Herl terræ ſolem terræ viſceribus occultavit, heri Muſicam hatmoniam abſtulit, hodie magadem, & nervos. O quomodo is qui effecit, ut cæli, qui longo jam tempore tacuerant, Dei glo-

Edit. Pariſ. pag. 386.

A κόνει καπέχωσεν. ὦ πῶς, ὦ γλῶ μόνον, ἀλλ' ὅλα τὰ τῆς ὑρανὺς, καὶ ἀστέρας, ἀξίως τὰ πᾶν περιόραμα πάθη, καὶ αὐτὰ τ' ἀναστέρας ἀφλάμβα λίξως. ἀλλὰ δάκρυά μοι πᾶς ὁ τῶ λειπομένων σοφῶν χορὸς, ἐπέρ τινες λέπτερναι, ὀρλωίσατο τὸν πηγὸν τῶ λόγω φραγέσαν. ὀρλωίσατε σιγήσασα τ' πάντοτε ἐμμελὰς ἀντιπίζωσα φρότερον γλῶσσαν, καὶ τὸ γλυκὺ νέκταρ ἐκείνης ἀθρόας εἰς γλῶ καταῤῥύσασ. ὀρλωίσατε τὸ σῶμα ἐκεῖνο, ἃ χθὲς μὲν τ' φρότερον εἰσοί νι σύμβολον καταφαίνετο μάλιτες, νῦν θανάτου κηλῖδος διέφθαρεν. ὀρλωίσατε τὸν τὸ Ρωμαίων κλέος τῆ σοφίᾳ σεμνύσαντα πλέον, ἢ τὸ τῶ Αθηναίων πάλαι Σωκράτες, καὶ Πλάτωνες. ὀρλωίσατε τὰς τ' σοφίας ἀραπὰς ἀπάσης, ἐν βραχεῖ κεκωθόντας εἰς γλῶ. ἀλλ' ὡς τὶς ἐκ μέσης B τῆς οἰκεμένης τ' τῶ Μωσῶν ἀφήρπασεν Ελικῶνα; νὶς τ' τ' σοφίας καπέχωσεν Ολυμπον; νὶς τ' λύχνον ἔσβεσε τ' φωτίζοντα τὰς ἡμῶν τ' ψυχῆς ὀφθαλμὸς; τὸ καλῶς ἡμῶν τὸ τὰ νοῦ ὀχροίγοντα βλέφαρον; τὶς τὸν τέχνων τῶν τεχνῶν, τὸ τῶν ἐπισημῶν ἐπιστήμην, διέφθορε; τὶς τ' ὑρανὸν ἄνθρωπον εἰς ᾅδου πυθμένας κατέλυσεν, πάλαι μὲν γε ἡ Ελλὰς τ' τ' λόγων ἐσίαν ἐθρήνει τὰς Αθήνας, ἀπὸ ἐπιβύλος δραμὼν καθεῖλεν ἀπὸς ὁ Λακεδαιμόνιος Λύσανδρος. ἡμεῖς δ' ὐδ' ἀξίως ὀρλωῖν ἔχομεν σήμερον ὅλας Ελλάδας αὐτᾶς Αθήναις συγκαπαδύσας. πάντα γὰ εἰς ἀπὸρ ὑπος λὼ. ὦ Μοῦσαι, καὶ πᾶσα παιδεία, πῶς τὰ κρίνα πηχίως ὑποσίπως ἐμιμήσασθε τὸν ἀγρὸν, C ὀξίως μὲν πρὸς τὸ ὕψος τὴ κάλλος ἀρθεῖσα, ὀξύτερον δ' αὖ καπεδύσα πρὸς μαρασμὸν καὶ φθορὰν; τὸ γὰ θεῖον ὑμῶν ἐνδιαίτημα, νῦν γλῶ τὴ φθορὰν πᾶν καπλῆθε, καὶ τὸ ὑμέτερον συγκαπέχωσε κάλλος. ὑπος λὼ ὁ πάππας ὑπερφυσήσας φιλοσόφους, καὶ ῥήτορας, ἀπόσους ἁ μακρὸς ὕμνον χρόνος. ἀλλ', οἴμοι, κεῖται πᾶν ἐν κόνει, & χώμασιν, ἄφωνος. ὑπος λὼ ἁ τὰ νῷ, τῆ γλώττη, ᾗμετρᾶν ὑρανὸν καὶ ἀστέρας, βίλνιον ἃ χῷ πάντα κανόνα & σφαῖραν ἀνθρώπων. ἀλλὰ πᾶν βραχὺς αὐτὸν δημήτριος λίθος. ὑπος λὼ ὁ τ' μεγάλων ὑρανῶ καὶ γᾶς ὀρίζοντων καὶ παραλλήλων ἀρίστη διόπτρα. ὑπος ἁ πράτιστος καὶ D αὐτοφυὴς ὡροσκόπος. ἀλλὰ πᾶν αὐτὸ καὶ πρὸ τῆς ὥρας, φεῦ τὸ δοσοῦ. βραχὺς ὀείλων τ' γᾶς πυκνὸν λῆμμ. ὑπος ἂν ἁ πάλλιν ἐνδεξάμβος πρόσωπα τῶν ἐξῆς ἐλλογίμων Ελλήνων, ὡς μὴ διακινδυνεύσαν περὶ τὰς ἀρίστας τῶν πάλαι σοφῶν. ὑτος ὁ ῥᾴδιας τ' ἀστροθεώρους ἐπιτόμης σοφίαν κατασκεύας. ὑπος ἁ τ' Λεισσπελιὰς γλάττης τὰς λαβυρίνθους ἁπλώσας· ἀλλὰ πᾶν αἱ ζοφώδεις τῶ τόπω λαβύρινθοι πικρῶς περὶ αὐτὸν, φεῦ· ὀξελίσσονται. ὑπος ἁ τὰς ἀρίστας αἰδοῦς καὶ τὰς σωφροσύνας κανών. ἀλλὰ πᾶν αὐτὸν ὁ θάνατος ἀναιδῶς ἐξέτεμε δρεπάνῳ. ὦ πῶς ἁ παρὼν ὑπος χρόνος τοῖς θρήνοις συνέκλασε. πολλὰς γὰ ἀμοίβας ἡλίος, τοσαύτων ζαμίαν καθ' ὅλης γᾶς ἀνθρωπίνης ἐπιτηδείων φύσεως μίχρι πᾶν ὐ δυδώκατο. χθὲς μὲν γὰ τὰ πρῶτα καὶ μάγιστα τῶν καλῶν ἐλθὼν ἀφείλετο, τὰ δὲ λειπόμενα σήμερον ἐπανελθὼν ἀποσαρέλειπε. χθὲς τ' γᾶς ἥλιον γᾶς πυθμένι ἀπέκρυψε. χθὲς τ' Μωσικὴν ἀπεῖλε ἁρμονίαν, σήμερον τ' μαγάδα, καὶ τὰς νήρις. ὦ πῶς ἁ σιγῶντας τὰς ὑρανὺς ἐξεπαιδεύσατο πολλῶ, ἵνα τὰ τ' Θεῦ δικαιοῦσθαι δόξαν αὐτὸς παρασκευάσῃς, πᾶν τὸ πα-

Digitized by Google

φφ στιγᾷ. ὦ πῶς ποτὲ ἂν αὐτὸς (φεῦ τῆς ἐμῆς συμφορᾶς) κινούμενον τὸ ζῷον ἐμοὶ παρατίθησι τὸ πάθος, ἄλλως τε καὶ ἐμέρου τῆς ἐμοῦ καταπόνου καρδίας, ξίφους παντὸς χαλεπώτερον. μᾶλλον δὲ καὶ νύττας ὅλας, εἰ χρὴ τὸ μεῖζον εἰπεῖν, ἐμέρας μὲν δὴ τῆς ἐντυγχανούσης ὁμιλίας συχνὰ, καὶ κάλλος ὁρατὸν τῇ γῇ, τῇ τῶ ὑπνου κτίσματος, ἴσως ἀφέλκουσί τι τοῦ πάθους, καὶ ἀποκωσιν ἐπὶ βραχὺ τὸν ἐμὲ πρὸ τοῦ. νυκτὸς δὲ χολῆς γενομένης ἄδη κατὰ πολλοῦ τὸ κωλύοντος ἐραμεῖσαι, αἱ πᾶσαι τῆ συμφορᾶς ἀλγηδόνες ἀθρόαι ἐραμεῦσαι, καὶ τῆ μὲν μὴ τῆ μνήμης καρδίαν συνειληφῖαι, καθάπερ τινες κύνες ἄγεσι σῶμα πεπτωκὸς, ἐνθεν ἀφικέσθαι πειρᾶται περιλιποντι, φεῦ, καὶ συμπίγνυσιν. ὦ πῶς πολλάκις ἐς ἀνθρώπων ἄγνοιαν ἀπιδὼν, σοφίας ἀπάσης ἐπιδημίαν ἐς ἀνθρώπους αὐτὸν εἶναι ἐνόμισα, ψυχὴν καὶ σῶμα προειληφέναι καὶ συνδιατεθεῖσθαι ἀνθρώποις, ἵνα σοφὴς ἀκροατὰς συνιστῶσι, καὶ τὰ τῆς ἐπιστήμης καταφορέσι ταυτάγια. ὦ πῶς μετεμψύχωσίν τινα δοξάζειν καὶ αὐτὸς ἀναδυόμενα ἐφ' ἑκάστῳ γενέθαι, καὶ πάντων ὁμοῦ τὰς ψυχὰς Ὁμήρου, καὶ Πλάτωνος, καὶ Πτολεμαίου, καὶ ὅσοι ποτὲ ἀνέραν πεπλωτικασι γλῶτταν, ἐν ἑνὶ τῷ τῶν σώματι συνδραμεῖν, καὶ ἡδυτέβιον ἀνθις ἐν βίῳ, καθάπερ ἀλκαδὶ μυριοφόρῳ χρωμένους αὐτῷ. ἀλλὰ νῦν ποτὲ τοῦτος, φῶ τῆς συμφορᾶς, ἥκετο ἀπιὼν πρὸς πάρος τὸ κένον, πολλῶ τὸν τῆ λύπης ἀφαλᾶς πυρσὸν καὶ τῆς ἐμῆς καρδίας· ὃ δὲ ἡδυπάθητο ζῆν ἀνὰ ψυχῆς καὶ πνοῆς. ψυχὴ δὲ πάντως αὐτῷ καὶ πνοὴ, καὶ πᾶν ὅ τι ζωογονεῖν ἐπιφύεται, οὐκ ἔστιν ὅτῳ τῶν ἁπάντων αὐτῷ, βασιλεὺς ὁ θεῖος ἐκεῖνος, ὑπὲρ ἄνθρωπον ἀνθρωπος· ὃς δὲ ζῶν ἔτι ἐξαίρων ὑπέρκειτο πολλῷ τῶν ἄλλων αὐτὸν, δεικνὺς ἐναργῶς ὡς τοιούτῳ βασιλεῖ, τοιοῦτον εἶναι καὶ τὸν ὑπηρέτην χρεὼν τῇ φρονιμωτάτῳ δηλαδὴ τῶν ὅσοι τῆ γῆν ἐνοικίμαντο ἀνθρακα, τὸν πάσῃ σοφίᾳ πάντων ἐπίκουρα χράμβυον. καὶ νῦν δ' αὖ τὸν ἐνδεᾶ θεν ἀπαλλαγῆς, ἐκ ἔτεμεν δὴν ἀπορπᾶσθαι τοῦτον ἐπὶ τοσοῦτον αὐτῷ. καὶ μέντοι παχέως προσκαλεσάμενος, παχέως καὶ προσειλήφει. εἰ μὲν δὴ ὧν ἀπελθόντος ἐκείνου ζῆν ἔτος ἐκ ἠδυνάτο, καθάπερ σῶμα ψυχῆς ἀπορραγὲς, βαβαὶ τὰ συμπτοίας τε καὶ τῆ μίξεως, ἣν εἰς ἀρ' ἑκάτερα τινα τὰ διαμὸν ἡ μακρὰ συμπλοκὴ χρόνου. Εἰ δὲ καλὴ συμπλοκὴ ἐκείνη ἐδόκει, παραχρῆμα ῥῆξας τὸ σῶμα, βαβαὶ τὰ ἀγάπης καὶ τῆς εὐεργεσίας, ὡς φρενοκόπος ἔχει πρὸς τὰ δεσπότου. Ἡρακλῆς μέντοι ἐκεῖνος, εἰ δὴ τὰ ὅπως εἰρήκασιν οἱ τῇ μύθων ἐπαῦδα πατέρες, πᾶσαν διέδραμε τὰ ὑφ' ἥλιον, ὡς ἂν μάρτυρα τῶν οἰκείων ἁπάντων κτίσεται ἄλλον, ὅπου δ' ἔστιν ὅρων μένοντες μόνῃ τῇ βελτίστῃ φάμῃ καὶ τῆς Ἡρακλείους διέβησαν στήλας, καὶ ῥᾴδια πᾶσαν ἐπερήσαντο τὰ ὑφ' ἥλιον. ἀλλὰ νῦν ἐξ ἀνθρώπων ἀπελθὸν ἀθανατίσαντες φρέατον ἑαυτὸς, τὰ μεμέλων καταλιπόντες ζώοις ἀμὲν διλωτὰς ἐν τῶν ἐπιγινομένων ἀνθρώπων ψυχαῖς ἀμὲν δὴ ποιήσει καὶ τοιοῦτον φροβόλων τῇ ἐπεσχημένων ἐφοπὴν θέσει, τίς ἐλπὶς λείπεται πάγαθῦ; ἐπεὶ τὰ δὲ τι τῇ ἐμῇ νῦν ἔπεται διδύνᾳ, ὅπερ ἀμπελοι τὰ φυτὰ πεζαί, ἐπεὶδὰν νὶς ἐπιβόλος τοὺς ἰσάλφ περιβόλους τὰ τῇ φραγμὲς καθελὼν, μηλόβοτον καταστήσῃ τὰ χῶρον.

riam enarrarent, nunc ipſe in ſepulchro taeet? Heu, quomodo ipſe mortuus, atque immotus, viventem & mobilem mihi dolorem facit, qui toto die cor meum quovis enſe acutlas penetrat, ac potius cotas noctes, ſi, quod majus eſt, diei debet? Interdiu enim & familiarium congreſſus crebri, & cæli, ac terræ, eorumque quæ bis continentur pulchritudo, forſitan a dolore nonnihil avertunt, atque pauliſper abſtrahunt animum noſtrum: noctu vero eum datur otium, nec eſt quod prohibeat, omnes calamitatum dolores ſimul irruunt: & pectore ac memoria mea occupatæ, ut ſeri caoes cadaver, huc atque illuc diſtrahunt, & diſcerpunt. Quotier ego illum intuitus, univerſam ſapientiam inviſiſſe mortales cogitavi, & anima corporeque aſſumptis hominum conſuetudine eſſe uſam, ut ſapientes auditores ſapientia augeret, & ſcientiæ naufragia ſedaret. Parum certe abſuit, quin & ipſe animas in alia migrare corpora ſtatuerem: & omnium ſimul animas Homeri, Platonis, & Ptolemæi, ac præſtantium Oratorum, in unius hujus concurriſſe corpore, atque ita vita verſatos eſſe, eoque tamquam maximo navigio ingeniorum ſuorum uſos. Ac nunc tantus, & tam præſtans ille vir, heu calamitatem! ſepulchrum & pulverem ſubiit, magna doloris pyra incenſa in meo pectore. Vivere enim ſine anima, & ſpiritu, utique non potuit. Animus vero ejus, & ſpiritus, & ſi quid eſt quod vitam conferre queat, nihil omnium fuit aliud, quam Imperator divinus ille, & homine ſuperior homo, qui vivens illem longe ſuper alios omnes evehere conatus, evidenter oſtendit, tanto Imperatori tanto etiam miniſtro eſſe utendum: prudentiſſimo nimirum terram incolentium omnium hominum, eo qui omni ſapientia omnes ſuperaret. Nunc vero Ille, rebus humanis relictis, non diu a ſe remotum eſſe hunc oportere cenſuit: ſed celeriter accerſitum ſecum conjunxit. Quod ſi ergo, illo digreſſo, vivere hic non potuit, veluti corpus ab anima divulſum: papæ, qualis fuit illa conſpiratio, atque conjunctio, quam indiſſolubili vinculo diuturnus uſus conglutinavit? Quod ſi ab illo accerſitus ſtatim abjecto corpore accurrit; o amorem, & charitatem ſingularem, qua, ut decuit, dominum eſt proſecutus. Hercules ille quidem, ſi quidem hoc vere dixerunt fabularum patres, terrarum orbem peragravit, ut is ſuorum certaminum teſtis eſſet. Hi vero eum intra limites manerent, ſola optima fama etiam Herculanas columnas ſuperaruot: &, quicquid ſol intuetur, in ſe converterunt. Nunc vero e rebus humanis diſceſſerunt, cum ſe prius immortalitati conſecraſſent, ſuique memoriam perpetuo in poſterorum animis victuram reliquiſſent. Nobis vero talibus & tantis præſidiis ac munitionibus deſtitutis, quæ ullius boni ſpes relinquitur? Idem enim & nobis vereri nunc ſubit, quod vitibus, & plantis novellis; ſi quis antibus, & ſepibus, fraude remotis, eas peculibus patere permittat.

Edit. Pariſ. pag. 387.

FINIS.

JOANNIS LEWNCLAVII

AMELBURNI, INTERPRETIS.

PROŒMIUM,

ATQUE INDEX RERUM VERBORUMQUE PRÆCIPUE MEMORABILIUM,

Ad hanc editionem Græco-Latinam accurate accommodatus;

Atque alia ab eo hinc inde Lectoribus ſubminiſtrata præſidia.

GLYCAS SAMBUCO.

Non proditurum me Sambuce ſperabas
Solum, toga recens amictum Romana,
Qui palliatus more antehac eram Grajo.
Comitarier me nimirum imperatorum
Themis morum. & dulcis ille debebat,
Mecum Manaſſes qui delituit invitus.
Sed ſurripuit illam ungulæ leoninæ,
Nequiterque clamque clepſit, & fugiens ſecum
Quidam abſtulit, Phrygia de gente cui nomen:
Numquam hoc aperto pol Gradivo facturus
Imbellis ille comes Berecynthiæ matris.
Et ſunt, vereri qui ſolent, ne tam longo
Dum tempore exſpectamus hunc Phrygem, demum
Cum riſu anus Phrygia proſultet in ſcenam.
Hunc alterum ante me gnarum Auſonum linguæ
Premens acerba ſors, & invidum fatum,
Exire non ſinunt foras: ſequuturum
Tamen brevi, ſub ipſam ſcilicet brumam.
Sic dum latet Themis, nos ambo prodimus:
Uſuvenit, jactari quod ſolet vulgo:
Primi ultimi fiunt, & ultimi primi.

JO. LEWNCLAVII
AD GENEROSUM ET ILLUST. VIRUM,
JOANNEM BARONEM KITLICIANUM,
CRAINI AC DRENCAVIÆ DOMINUM,
IN ANNALES GLYCÆ LATINOS
PROŒMIUM.

